DE

PLUTARCHI QUAE FERUNTUR VITIS DECEM ORATORUM

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARBURGENSIUM ORDINI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

PROPOSUIT

ANTONIUS PRASSE

LEERENSIS

MARBURGI CATTORUM

TYPIS OSCARI EHRHARDTI

MDCCCLXXXXI

GEORGIO WISSOWA

SACRUM

De Plutarchi quae feruntur vitis decem oratorum.

Caput I.

De compositione vitarum.

In decem oratorum vitis explorandis et enarrandis quamvis sciamus viros inter antiquitatis philologos non ignobiles, Caecilium Calactinum et Didymum Chalcenterum, egregiam curam posuisse, tamen ex eorum studiis misella tantum frustula eaque inferioris aevi additamentis maximam partem contaminata ad nos pervenerunt; inter quae et ambitu et virtute excellunt ea, quae exstant in libello vitarum decem oratorum perperam Plutarcho inscripto; quibuscum reliquae vitae, inprimis quae in Photii bibliotheca servantur, tantopere cohaerent, ut perpauca nova exhibeant.

Ex iis viris doctis, qui in his vitis illustrandis desudaverunt, primus Arnoldus Schaefer in commentatione de libro vitarum decem oratorum (Dresdae 1844) p. 37 sq. ad eam sententiam pervenit, vitas decem oratorum non multo post Dionysi Halicarnassensis aetatem ab aliquo grammatico esse conscriptas in usum eorum, qui ad lectionem oratorum antiquorum accederent: post cum in scholis rhetorum lectitari non desinerent, a compluribus hominibus doctis indoctisque temporibus diversis interpolatas esse atque amplificatas; nomen autem neque suum neque Plutarchi quemquam ex his ei libro inscripsisse, sed inter scripta Plutarchea vel forte aliqua vel librariorum errore illatum esse. Hoc igitur nobis agendum est, si de

harum vitarum auctoritate recte iudicare volumus, ut quid a principio scriptum fuerit, quid post ab aliis alio tempore adiectum distinguamus. Interpolationum autem et additamentorum genera discernenda sunt, ut de eorum fide disputari possit. Schaeferi argumentatio cum iure et aliorum virorum doctorum et Volkmanni viri docti plausum tulerit, iam ego, quod ille in aliud tempus reiecit, in me recepi, videlicet ut in compositionem fidemque singularum vitarum diligentius inquirerem.

Vitas decem oratorum Pseudoplutarcheas non uno tenore compositas scriptasve esse unusquisque facile intelleget. Manifesto enim in singulis vitis duae partes discernuntur, quarum prior de vita et rebus gestis oratoris ordine agens ubique eadem sententia concluditur, quae est de orationum numero aut de dicendi genere; quae in hac parte narrantur, quamquam nonnullis locis additamenta inferioris aevi non desunt, in universum tamen speciem unius vitae continuae atque ab uno eodemque auctore conscriptae praebent. Valde discrepat ab hac parte altera. Sine ulla dispositione hoc in auctario, quo vocabulo sollemniter hanc partem significare licebit, vario variis in vitis ordine adnotationes, fabulae, alia eiusmodi colliguntur, quae ad vitam oratoris illustrandam minoris momenti sunt.

Atque primum quidem, ut supra dictum est, omnibus in vitis nonnullae res certo ordine certoque consilio enumerantur, quas ad oratoris mores cognoscendos multum valere primo obtutu apparet.*) Nominantur enim in

I. vita Antiphontis: pater, pagus, praeceptores, annus natalis, annus mortis, res gestae (merita), numerus orationum.

II. vita Andocidis: pater, avus, pagus, ordo patris, res gestae, annus natalis, numerus orationum, ratio dicendi.

III. vita Lysiae: pater, avus, proavus, patria, annus natalis, res gestae, annus mortis, orationum numerus, ratio dicendi.

---

*) cfr. vitarum textum commentationi adnexum secundum editionem Westermanni.

IV. Isocratis: pater, avus, ordo patris, annus natalis, sors, annus mortis, orationum numerus.

V. Isaei: patria, praeceptores, numerus orationum, ratio dicendi.

VI. Aeschinis: pater, mater, pagus, gens, praeceptores, sors, ratio dicendi, orationum numerus.

VII. Lycurgi: pater, avus, pagus, gens, praeceptores, sors, orationum numerus.

VIII. Demosthenis: pater, mater, avus, pagus, praeceptores, sors, annus natalis (facile quidem ex v. 81 intellegitur), annus mortis, orationum numerus.

IX. Hyperidis: pater, avus, pagus, praeceptores, sors, orationum numerus.

X. Dinarchi: pater, patria, orationum numerus, ratio dicendi.

Vides in omnibus vitis ordinem fere eundem inveniri; in omnibus nominantur patrum nomina, apud Demosthenem et Aeschinem praeterea matris; nominantur haec, quod alter orator alterius matri maledicebat. Avi nomen inest in vitis Andocidis, Lysiae, Isocratis, Lycurgi, Demosthenis, Hyperidis; apud Aeschinem sine dubio ob id omittitur, quod minus constabat. Pagus eorum oratorum additur, qui cives Athenienses erant. Quae restant similitudines in universum quidem in omnibus vitis inveniuntur, nisi quod de Dinarcho pauca divulgata erant; apud nonnullos omissum est iudicium rationis dicendi: in vita Antiphontis, qui nescio an ob eam tantum causam in canonem receptus sit, quod aetate maxumus erat florebatque quinto saeculo, apud Lycurgum, quem non tam oratorem quam legislatorem sese praestitisse satis constat, apud Isocratem et Demosthenem, quod apud hunc eo magis mirum videtur, quod e Dionysi Halicarnassensis opere de vi dicendi Demosthenis ad hanc rem amplificandam multa sumi poterant. Sed aliquid de orationibus in omnibus vitis legitur et ita quidem, ut ubique his verbis vel sententiis, quae sunt de arte rhetorica sive orationum numero, altera pars mani-

harum vitarum auctoritate recte iudicare volumus, ut quid a principio scriptum fuerit, quid post ab aliis alio tempore adiectum distinguamus. Interpolationum autem et additamentorum genera discernenda sunt, ut de eorum fide disputari possit. Schaeferi argumentatio cum iure et aliorum virorum doctorum et Volkmanni viri docti plausum tulerit, iam ego, quod ille in aliud tempus reiecit, in me recepi, videlicet ut in compositionem fidemque singularum vitarum diligentius inquirerem.

Vitas decem oratorum Pseudoplutarcheas non uno tenore compositas scriptasve esse unusquisque facile intelleget. Manifesto enim in singulis vitis duae partes discernuntur, quarum prior de vita et rebus gestis oratoris ordine agens ubique eadem sententia concluditur, quae est de orationum numero aut de dicendi genere; quae in hac parte narrantur, quamquam nonnullis locis additamenta inferioris aevi non desunt, in universum tamen speciem unius vitae continuae atque ab uno eodemque auctore conscriptae praebent. Valde discrepat ab hac parte altera. Sine ulla dispositione hoc in auctario, quo vocabulo sollemniter hanc partem significare licebit, vario variis in vitis ordine adnotationes, fabulae, alia eiusmodi colliguntur, quae ad vitam oratoris illustrandam minoris momenti sunt.

Atque primum quidem, ut supra dictum est, omnibus in vitis nonnullae res certo ordine certoque consilio enumerantur, quas ad oratoris mores cognoscendos multum valere primo obtutu apparet.*) Nominantur enim in

I. vita Antiphontis: pater, pagus, praeceptores, annus natalis, annus mortis, res gestae (merita), numerus orationum.

II. vita Andocidis: pater, avus, pagus, ordo patris, res gestae, annus natalis, numerus orationum, ratio dicendi.

III. vita Lysiae: pater, avus, proavus, patria, annus natalis, res gestae, annus mortis, orationum numerus, ratio dicendi.

---

*) cfr. vitarum textum commentationi adnexum secundum editionem Westermanni.

IV. Isocratis: pater, avus, ordo patris, annus natalis, sors, annus mortis, orationum numerus.

V. Isaei: patria, praeceptores, numerus orationum, ratio dicendi.

VI. Aeschinis: pater, mater, pagus, gens, praeceptores, sors, ratio dicendi, orationum numerus.

VII. Lycurgi: pater, avus, pagus, gens, praeceptores, sors, orationum numerus.

VIII. Demosthenis: pater, mater, avus, pagus, praeceptores, sors, annus natalis (facile quidem ex v. 81 intellegitur), annus mortis, orationum numerus.

IX. Hyperidis: pater, avus, pagus, praeceptores, sors, orationum numerus.

X. Dinarchi: pater, patria, orationum numerus, ratio dicendi.

Vides in omnibus vitis ordinem fere eundem inveniri; in omnibus nominantur patrum nomina, apud Demosthenem et Aeschinem praeterea matris; nominantur haec, quod alter orator alterius matri maledicebat. Avi nomen inest in vitis Andocidis, Lysiae, Isocratis, Lycurgi, Demosthenis, Hyperidis; apud Aeschinem sine dubio ob id omittitur, quod minus constabat. Pagus eorum oratorum additur, qui cives Athenienses erant. Quae restant similitudines in universum quidem in omnibus vitis inveniuntur, nisi quod de Dinarcho pauca divulgata erant; apud nonnullos omissum est iudicium rationis dicendi: in vita Antiphontis, qui nescio an ob eam tantum causam in canonem receptus sit, quod aetate maxumus erat florebatque quinto saeculo, apud Lycurgum, quem non tam oratorem quam legislatorem sese praestitisse satis constat, apud Isocratem et Demosthenem, quod apud hunc eo magis mirum videtur, quod e Dionysi Halicarnassensis opere de vi dicendi Demosthenis ad hanc rem amplificandam multa sumi poterant. Sed aliquid de orationibus in omnibus vitis legitur et ita quidem, ut ubique his verbis vel sententiis, quae sunt de arte rhetorica sive orationum numero, altera pars mani-

festo concludatur, quae res dignissima est ad quam animum attendas. Sequitur Ant. 57. Lys. 49. Isocr. 109. Aesch. 44. Lyc. 126. Dem. 203. Hyper. 56, farrago, in qua nusquam ordo, nusquam certum consilium servatur, sed aut antecedentia repetuntur aut vilia et levia afferuntur.

Sed priusquam in hanc partem accuratius inquiramus, aliud respiciendum est; nam, ut ex antecedentibus cognoveris, vita primaria — hoc verbo partem significare licebit in universum priorem — optima coniunctione et verborum et sententiarum continuatur, neque quisquam dubitabit, quin ab uno eodemque auctore qui oratores, quos vocant Atticos, commentatus in iis curam posuit, tota haec pars conscripta sit, eiectis illis additamentis, quae in vitam primariam intrusa ordinem turbant et propter inanitatem ad oratorem eiusque mores cognoscendos minoris momenti sunt. Atque primum quidem ea additamenta amplectamur, quae vitae ordinem turbare videantur. Huc pertinent Lysiae vitae v. 42—44 male huic loco inserti, optime enim cohaerent verba *ἐν οἷς δὶς μόνον* (de orationibus) cum verbis *ἐγένετο πιθανώτατος* (de ratione dicendi). Deinde huc afferam Aeschinis vitae v. 22 (*εἰσὶ δ' οἵ φασι*) usque ad v. 24 (*ἐξελθεῖν*), quippe qui versus textum turbent, nam his refutatis optime coniunguntur quae de accusatione tradita sunt cum verbis *χρόνῳ δὲ ὕστερον*. Item in vita Demosthenis v. 8—20 male illo loco leguntur tenoremque turbant et bene sequitur post v. 7 v. 20: *τελειωθεὶς δέ*. Ad idem spectant v. 30—43, qui versus fabulas praebent quomodo in arte rhetorica provectus sit Demosthenes, hoc loco haud aptas, ut videtur. Si autem post v. 30 legetur v. 43 *ἐπεὶ δὲ τῷ πολιτεύεσθαι*, vitae primariae ordo restitutus esse videtur. Ob eandem causam eiciendi sunt v. 52—69. Etiam v. 75—81 male hoc loco leguntur recteque mihi videtur sententia continuari, si quid de Olynthiis censuerit orator v. 81 pergitur. Eodem modo v. 87—93 cur hoc loco legantur non potest intellegi: de Olynthiis, de Philippo agitur; quid opus est addere Xenophonti notum fuisse Demosthenem? Fortasse Hyperidis vitae v. 15—17, cum sensum turbent, eiciendi sunt.

Multo magis offendunt earundem rerum amplificationes aut repetitiones quae in priore vitarum parte inveniuntur facileque e vita primaria possunt eximi. Atque primum quidem ex Andocidis vita v. 5—7 cum v. 15—18 hic conferantur. In v. 5—7 ab Andocide Corcyraeis auxilium latum esse traditur gerentibus bellum cum Corinthiis. Quae sequuntur verba v. 9 *διὰ τό* usque ad 17 (*Κράτιππός φησι*) posteriore aetate addita sive adscripta ad marginem sive in contextum intrusa ex repetitione videtur posse concludi quae inest in v. 17: *περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς περιέκοψαν* in quibus verbotenus fere v. 8: *τοὺς Ἑρμᾶς περικόψας* inveniuntur. Praeterea Photius omissis illis post *τῇ τῶν μυστηρίων τῆς Δήμητρος ὕβρει* usque ad *ἀπέφυγε κριθείς* pergit congruens cum Pseudoplutarchi v. 18: *κριθεὶς δ' ἐπὶ τούτοις ἀπέφυγεν ἐπὶ τῷ μηνύσειν πρὸς ἀδικοῦντας.* Unde posse videtur concludi totam hanc sententiam posteriore aetate in vitam primariam influxisse ut versus antecedentes accuratius circumscriberentur.

Porro vitae Lysianae v. 38—39 *γεννηθῆναι δέ φασι ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος* sine dubio repetitionem praebent; v. 6 enim iam legimus *ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος,* et haec verba ante v. 38—39 inventa esse in vita pro certo habendum videtur; nam et consentaneum est in exordio vitae quo anno natus sit orator referri — et haec concinunt cum reliquarum vitarum ratione — et versu 6 multo accuratius annus natalis exponitur (*τοῦ μετὰ Φρασικλῆ.*) Intrusa autem est repetitio additaque ad mortis annum ut inde vitae spatium facilius cognoscatur.

Addam Isocratis 70—73 qui versus si non repetunt attamen spectant vel potius amplificant alium locum. Conexum autem sic puto institui: post v. 60 sqq. uberius mors Isocratis narratur; sequentibus adnectit vitarum compilator adnotationes de orationibus: de Panathenaico, adversus Philippum, ad Nicoclem. Sane etiam ad hanc orationem commemoratam additamenta adiunguntur, sed haec, ni fallor, quodammodo ad orationes pertinent. v. 75 enim scriptum videmus *καὶ τάλαντα λαβὼν ὑπὲρ τοῦ πρὸς αὐτὸν γραφέντος λόγου,* unde capta quae

sunt de divitiis oratoris vel potius repetita ex v. 36; sequentibus versibus ad orationes reditur (v. 81—84); v. 70—73 contra sine ullo ordine hic ponuntur: complura de uxore liberisque inde a v. 86: *συνέγραψε δ' αὐτοῦ καὶ ὁ παῖς* usque ad v. 96 insunt itaque veri fit simillimum v. 70—73 ad illos versus, inpr. ad (v. 86) Apharei nomen explicandum adiunctos esse; iam ut leguntur cum per se stare non possint ex illis videntur emanasse. Ad v. 84—86 vitae eiusdem adeamus, quibus versibus et repetitio et amplificatio v. 58 continetur (cf. v. *τοῦ βίου δ' ἡμέραις διὰ τό σιτίων ἀποσχέσθαι* cum 85: *οἱ δέ τεταρταῖον ἅμα ταῖς ταφαῖς*). Et hoc quoque loco quaenam sententia prior steterit intellegitur; v. 56—65 enim quae de morte Isocratis digna visa sunt, quae commemorentur, tam apte inter se cohaerent ut vix possint discerni. Deinde autem vitae compilator et illa repetivit et nova addidit, quae si non de morte attamen de mortuo Isocrate sunt quaeque cum v. 87—106 optime coniunguntur.

Ex Lycurgi quoque vita nonnulli loci hic ponantur. Atque primum quidem v. 56—59 amplificationem praebent versuum antecedentium: anteeunt quae leges latae fuerint a Lycurgo, additur fabula de eius coniuge. Tale quid etiam in v. 59—67 inest qui versus respiciant ad v. 36—39: duobus enim locis quam iuste sese gesserit Lycurgus praedicatur, priore loco in universum, posteriore exemplum datur vel testimonium cf. v. 39 *ὥστε καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις τὸ φῆσαι Λυκοῦργον ἐδόκει βοήθημα εἶναι τῷ συναγορευομένῳ* cum 67: *ἐπαινεῖται ὑπὸ πολλῶν ἐπὶ τῷ βοηθῆσαί μοι.* Quo concesso v. 36—39 priore aetate scriptos esse manifestum est quippe qui satis apte ad ingenium viri illustrandum apto loco legantur, contra si v. 59—67 additamenta posuimus, v. 68 de legibus continuatur quae v. 40 enumerari coeptae sunt.

Deinde v. 95—102 repetitiones vel amplificationes continentur cf. v. 95: *μέλλων δὲ τελευτήσειν . . . . οὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος πλὴν Μενεσαίχμου* cum 83: *ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ παρέδωκαν τοὺς παῖδας τοῖς τὰ Μενεσαίχμου μὲν κατηγορήσαντος.* Ac primum ordo minus

est; prior enim locus est de liberorum accusatione, posterior de oratoris ipsius; interponuntur v. 89—94 de sepulcro. Hoc fieri non potuisse puto; nam si de liberis accusatis voluit dicere compilator, haec verba ante v. 102 debebat ponere, ubi accuratius de illis docemur. v. 99 porro: *καὶ ἐτελεύτησεν ἐπιεικὴς νομισθεὶς παρὰ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον καὶ ἐν λόγοις ἐπαινεθείς* cf. cum 36 sq. *διετέλεσέ τε τὸν ἅπαντα χρόνον εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ δίκαιος εἶναι νομιζόμενος*: haec verbotenus fere consentiunt. Quae ad explicanda mihi persuasum est v. 95—102 posteriore aetate in vitam primariam esse intrusos. Compilator igitur v. 36 sqq. invenit iustissimum semper sese praebuisse civem Lycurgum totam per vitae aetatem, invenit praeterea Menesaechmi nomen, accusatoris liberorum, itaque his compositis interque se coniunctis adiunxit amplificationem.

Postremo pertinent huc Demosthenis vitae v. 175—202, nam Demosthenem id curasse, ut cum Thebanis pacem foedusque icerent Athenienses iam v. 50 sqq. explicatum neque verisimile est talia post mortem commemoratam denuo scripta esse a primariae vitae auctore. Itaque e primaria vita eiciendi sunt. Tota porro narratio de Hyperidis morte (Pseudopl. 37 cf. c. Demosth. vita 150 sqq.) cum Demosthene tantopere concinit ut suspicio oriatur. Sed certum de his proferre iudicium non ausim. Ex his certissime, ni egregie fallor, cognoscitur in primariam vitam additamenta inmanasse quae auctoris primarii non sunt; addantur exempla nonnulla quae, quamquam non ab omni dubitatione amota sunt, tamen sententiam illam probare videntur. Compluribus igitur locis vitarum fabulae inveniuntur vel sententiarum amplificationes, quae novi nihil enarrant, sed uberius tantum atque latius quae antecedunt adumbrant. Hoc loco ponendi sunt vitae Antiphontis v. 44—56, ubi de morte Antiphontis quae quisque auctor tradiderit refertur. Tales repetitiones vel potius amplificationes offendunt et vix putem ab auctore primario eas additas esse. Deinde vitae Lysiae v. 37—39, vitae Hyperidis v. 41—55 ad idem spectant; praeterea vitae Andocideae v.

47—53, Lycurgi v. 69—83, Demosthenis v. 140—145, alia amplificationes continent, quae necessariae non sunt. Sed plura de his, quippe quae in suspenso relinquenda sint, non afferam. Quae his exclusis restant vitam primariam implent; nam omnia servato ordine, uno tenore continuo scripta sunt, ita ut unius auctoris ingenio tribuere non dubitemus. Sic mea sententia concludi potest ex vitarum compositione prioris partis auctorem commentariis quos scripsit ad oratores qui vocantur Attici praemisisse brevem vitam, in quam quaecumque ad oratoris mores artemque rhetoricam cognoscenda sibi visa sunt recepit. In hoc autem monendum est sine dubio certo consilio illum scripsisse, de omnibus vitis scripsisse oportere, cum omnibus in vitis ex dispositione quadam singulae sententiae inter se conectantur. —

Ad auctaria veniamus, i. e. ad posteriorem vitarum partem, quae post eos versus sequitur, in quibus agitur de orationibus. His in auctariis — hoc vocabulo sollemni usu alteram vitarum partem significabo — fabulae, narratiunculae, repetitiones, amplificationes traduntur certa dispositione in singulis vitis neglecta. Quae ut illustrentur, quid insit in auctariis vitarum Pseudoplutarchearum addamus. Atque primum quidem, ut in additamentis, de quibus supra dixi, permultae repetitiones atque amplificationes inveniuntur, quae iam insunt aut in primaria vita aut in additamentis. Velut in vita

Antiphontis v. 68—72 ad v. 56 referendi, qui est de orationibus; quae leguntur v. 65 iam eadem vel similia quidem praebent v. 8—9; v. 10 cf. c. v. 22.

Lysiae v. 52 sqq. repetunt vel potius explicant v. 40 sqq., ubi orationes commemorantur; item de oratione nonnulla accuratius adumbrantur v. 66—73. Hac in vita etiam in additamentis ipsis repetitio offendit; bis enim, etiamsi altero loco fusius atque uberius, inveniuntur v. 66—67 = v. 68—71.

Isocratis v. 138—155 referuntur e prioris vitae partis additamentis v. 70—73 et 87—96: v. 117 respicit ad v. 17; v. 151—158 ad v. 1[illegible] 70—71 et

86—95; v. 124—128 ad v. 73—76; v. 146 sqq. ad v. 95 sqq.

Aeschinis v. 47—48 sine dubio respiciunt ad primos vitae versus, qui sunt de genere oratoris. v. 49—53 ad v. 9 sqq. referendi sunt, ubi est de praeceptoribus; v. 54 sqq. ad v. 41 sqq.; v. 58—60 ad v. 26 sqq. et 20—22; v. 43—46 ad v. 13—15.

Lycurgi v. 131—132 respiciunt ad v. 83—89; v. 145 sqq. ad v. 102 sqq.; ad eosdem versus pertinent v. 153—156. In v. 132—145 nonnulla accuratius tractantur de orationibus, de quibus iam v. 126 dictum est. v. 99—102 amplificant v. 36—39; v. 159 sqq. cfr. c. v. 39 sqq. et 68 sqq., ubi inveniuntur de legibus quas tulit Lycurgus; v. 127—131 ad v. 89 sqq.; v. 126 ad v. 100.

Demosthenis v. 237—239 ad v. 86—87 (173—175); v. 209—211, 231—233, 239—241 ad v. 30—43, 57—61, 78—81; v. 211—215 et 225—230 cfr. c. v. 95—96 et 100 sqq.; v. 241—243 c. v. 106—110 et 192—201; v. 201—202 c. v. 194.

Hyperidis v. 82—85 c. v. 30—53; v. 62—73 amplificant v. 55—56.

Vides in auctariis permultas inesse repetitiones, quae sane quasdam sententias in singulis vitis saepius narrant. Huc pertinet quod nonnunquam affertur oratorum in aliorum orationibus mentionem fieri: cfr. vitae Antiphontis v. 57—58; Isaei v. 15, Lysiae v. 49—51, 52—53, Demosthenis v. 237—239. Deinde de gente, de necessitudinibus atque consuetudine oratoris multa repetunt vel amplificant auctaria: cfr. Aesch. v. 47—48, Lysiae v. 49—51, Isocratis v. 135—141, Lycurgi v. 127 sqq. v. 145 sqq. Hyperidis v. 56—63. His facile coniunguntur quae sunt de sepulcro: velut Lysiae vitae v. 53—65, Isocratis v. 142—148; de honoribus, quibus oratores elati sunt cfr. Aesch. v. 44—45, 48—49, Lycurgi v. 128—131, 150 sqq., Demosthenis v. 241—243. Uno loco — vitae Antiphontis v. 58 sq. — quae sunt de cognomine Antiphonte ad oratorem deferuntur. Tum in auctariis, id quod praeter cetera com-

memorandum est, permulta repetuntur vel amplificantur de orationibus. cf. Antiphontis vitae v. 68—72, Lysiae v. 66—73, Isocratis v. 109—119, Aeschinis v. 49—60, Lycurgi v. 133—141, Demosthenis v. 239—241, Hyperidis v. 63—75.

Sed haec quidem hactenus; id ex iis quae antecedunt cognoveris posteriorem vitarum partem a priore omnino esse seiungendam, et permulta huius partis quin ex dispositione quadam, i. e. ab uno auctore conscripta sint vix potest dubitari. Ceterum in vitis Andocidis et Dinarchi auctaria, in vita Dinarchea etiam additamenta deesse mirum non est, cum illorum oratorum mores minus noti essent. Quae cum ita sint, quaeramus quisnam vitae primariae auctor, quis additamentorum, quis auctariorum fuerit, utrum additamenta et auctaria unus atque idem auctor composuerit an putemus a compluribus auctoribus ab alio aliud vel intrusum vel in fine additum esse et postremo ab auctore quodam vitas sic esse constructas ut nunc habemus.

Caput II.

Quae ratio intercedat inter vitas Pseudoplutarcheas et Photianas.*)

Praeter vitas Pseudoplutarcheas decem oratorum vitae a Photio memoriae traditae sunt, quae tantas similitudines praebent cum illis, ut aliqua ratione inter se cohaerere eas negandum non sit. Ac primum quidem A. Schoenius in ann. philol. vol. 103 (1871), p. 761 sqq. de Lysiae vitis agens contendit Photium quae de vitis decem oratorum tradidit non ex Pseudoplutarcho, sed ex libro excerpsisse, qui ex eodem, ex quo vitae Pseudoplutarcheae, fonte fluxerit. Quam sententiam aggressus A. Zucker in commentatione, cui titulum inscripsit „Quae ratio intercedat inter vitas Lysiae Diony-

*) Photi editione Bekkeriana usus vitarum comparationem commentationi adnexam sic institui, ut quae omittit Photius uncis includantur, quae apud Pseudoplutarchum desunt in margine paginae adnotentur.

siacam, Pseudoplutarcheam, Photianam“ Erlangae 1877 (= Acta semin. philol. Erlangensis I p. 12 sqq.) ex tot tantisque similitudinibus quae extarent inter Pseudoplutarchum et Photium posse demonstrari putavit Photi vitam e Pseudoplutarcho emanasse. Sed hi viri docti nullam nisi vitam Lysianam respexerunt. Omnibus vitis decem oratorum exquirendis operam dabat Rudolphus Ballheimer, qui in commentatione „De Photi vitis decem oratorum“ Bonnae 1877 censet vitas primarias ex amplioribus vitis excerptas brevesque lectas in exemplaribus oratorum adnotationibus auctas esse atque amplificatas additamentis sive in textum intrusis sive ad marginem adscriptis; sic putat scriptor exortum esse archetypum, qui utrique auctori (i. e. Pseudoplutarcho et Photio) communis fuisset. Pseudoplutarcheas vitas ante Photianas compositas esse etiam illi persuasum est, sed post illius aetatem conicit novis auctum esse archetypum adnotationibus testimoniis exemplis in dies magis postremoque ita factum ut nunc apud Photium scriptum videmus; id sane saepius in dubio versari utrum additamenta iam Plutarchi aetate fuerint adscripta necne (cfr. comm. p. 5. 13. 18).

Quam sententiam ut magis firmaret, ex mutato apud Photium ordine vult intellegi Pseudoplutarchum Photi fontem non fuisse. Apud Pseudoplutarchum igitur hic invenitur ordo vitarum: Antiphon, Andocides, Lysias, Isocrates, Isaeus, Aeschines, Lycurgus, Demosthenes, Hyperides, Dinarchus. Contra apud Photium: Antiphon, Isocrates, Andocides, Lysias, Isaeus, Aeschines, Demosthenes, Hyperides, Dinarchus, Lycurgus. Quae diversitas ut explicetur, Ballheimer in commentatione sua p. 19 ait: „Etenim minores, si dicere fas est, quinque oratores si uno quondam volumine ita comprehensos esse e nostris libris concludere licet, ut Antiphontem sequerentur; Andocides, Isaeus, Dinarchus, Lycurgus, Photi ordinem ex ipsa quam profitetur oratorum lectione natum credideris; eam enim volgo ita institutam esse non absurde conicias, ut minori cuique oratori succederet maior.“ Recte ille quidem, sed ex his argumentis non efficitur Photium ordinem

vitarum non mutasse, qui in fonte suo erat. Accedit quod ipse Ballheimer sententiae suae additis verbis „etsi hanc a Photio utique originem ducere posse infitias non ibo“, cur abiudicet Photi ingenio ordinis mutationem sese non posse afferre profitetur.

Hoc loco fortasse potest addi Aeschinis oratoris duas vitas apud Photium inveniri, alteram inter ceteros oratores Atticos alteram omnino ab illis seiunctam cap. XX bibliothecae Photi; hanc autem vitam, quippe quae nullo loco concinat cum ea, quae inter oratorum ordinem legitur, omittere licebit. Ceterum multis locis verbotenus fere inter se congruunt vitae Pseudoplutarcheae et Photianae: testimonia singula non afferam, vitas commentationi adscriptas si diligentius perquisiveris, concedes. Deinde persaepe eodem ordine apud Photium leguntur elementa vitarum, quo apud Pseudoplutarchum, nisi quod ille auctor quae de orationibus digna commemoratu visa sunt, praemittit, huius contra est vitam ipsam praemittere, addere quae opus sibi visa sunt de arte rhetorica. Nonnunquam sane contra mutatum ordinem invenimus Photi vitarum, neque mirum videtur, hunc si quid haud apto loco insertum invenerit, suo arbitrio disposuisse. Nonnullis autem in vitis, praecipue in vita Isaei ordinem Photio traditum ab hoc mutatum esse facile cognosces. Quae ut accuratius illustrentur, conferas, quaeso, Photium p. 490 a 14: *Λυσίου δὲ γέγονε μιμητής, οὗ καὶ μαθητὴς ἐχρημάτισε* cum Photi p. 490 a 26: *ἐσχόλασεν, ὡς προείρηται Λυσίᾳ*, deinde Photi p. 490 a 23: *ὃ μάλιστα καὶ Δημοσθένης, μαθητὴς αὐτοῦ γεγονώς, ἐμιμήσατο*, cum Photi p. 490 a 29: *καθηγήσατο Δημοσθένους*, quibus ex verbis facillime potest cognosci Photium iam primis in versibus fontis sui invenisse verba: *σχολάσας Λυσίᾳ*, eum autem, cum in parte rhetorica tractanda Isaeum Lysiam imitatum dixisset, in altera vitae parte coactum fuisse ut Lysiae discipulum fuisse Isaeum demonstraret. Et paucis versibus post eodem modo Demosthenem discipulum fuisse inane repetitur et, ni fallor, Photi fons in vita ipsa, i. e. non in ea parte, quae est de oratore Isaeo, Isaeum Demosthenis praecept Photius autem

qui ex more suo partem de arte dicendi praemisit, iterum cepit ex vita scripsitque verba ὁ usque ad γεγονώς, quibus in verbis quin repetitio insit v. 29—30 dubium non est. Ad idem spectat locus Lysiae vitae (cfr. Westermann p. 242): ἰδὼν Δημοσθένην μειράκιον ὄντα; apud hunc auctorem laudabili inveniuntur sententiarum conexu haec verba; quid facilius, quam ut auctor noster Lysiae aetatem compararet cum Demosthenis aetate, quem gravissimum inter oratores Atticos qui dicuntur fuisse iam antiquis probatur scriptoribus. Photius contra, postquam de arte Lysiae rhetorica disseruit, sine ullo vel verborum vel sententiarum conexu interposuit inter artem rhetoricam et vitam oratoris verba: εἶδε δὲ Δημοσθένην μειράκιον ὄντα. Hac mutatione mihi constat Photium in eo libro, quem excerpsit, iam altera in parte invenisse haec verba, eum autem ex ratione scribendi, qua artem rhetoricam praemittebat, adductum esse ut illa verba, quae ad vitam ipsam pertinebant, illi parti adderet. Praeterea corruptelas respiciamus si quae apud utrumque inveniuntur aut errores communes; si enim tales apud utrumque legimus, alterum ex altero pendere concludendum est, nisi forte conicimus sine ulla cura atque diligentia utrumque eundem auctorem excerpsisse. Ac primum quidem corruptela in Isaei vita hoc loco commemoranda est, quam uterque auctor praebet. Scriptum enim invenimus apud Pseudoplutarchum παραγενόμενος δ' εἰς Ἀθήνας καὶ σχολάσας * * Λυσίᾳ κατά τε τὴν τῶν ὀνομάτων . . . pro quibus libri tradunt σχολάσας Λυσίᾳ Ἰσοκράτει; huic loco aliquam corruptelam inesse manifestum est, emendare conatus est ἔοικε μάλιστα Duebnerus, sed „fortasse" addit „plura desunt"; post Λυσίᾳ aut post δεινότητα addenda ἐζήλωσε vel ὅμοιος αὐτῷ ἐγένετο vel ἐμιμεῖτο coniecit Reiskius. Mihi tales emendationes non probantur, quippe qui non putem plura excidisse; verisimilius mihi videtur verbum Ἰσοκράτει posteriore aetate ad marginem adscriptum esse, a Pseudoplutarcho nihil dictum nisi σχολάσας Λυσίᾳ. Nam cum Isaei et Lysiae ordo et ratio dicendi permultum simile in se habent, ut alterum cum altero etiam in vita commemorari consentaneum videatur, tum, ut priore in

parte commentationis commemoravi, omnes fere oratores alium alio modo Isocratem et Platonem respicere biographi voluerunt. Itaque facile fieri potuit ut in Isaei vitam haec adnotatio inmanaret. Porro huc pertinent Aeschinis vitae (cfr. Pseudopl. vitae Aeschinis v. 9 cum Photi bibliothecae p. 490 b 14) verba *καὶ παῖς ἔτι ὢν ἐδίδασκε γράμματα σὺν τῷ πατρί,* quae sumpta sunt ex Demosthenis oratione XVIII 258, quibus verbis non modo patrem Aeschinis, sed Aeschinem etiam ipsum praeceptores fuisse narratur. Ex tota enim argumentatione apud Demosthenem efficitur Atrometum, Aeschinis patrem, fuisse praeceptorem, Aeschinem contra patrem adiuvisse non, cum ipse doceret, sed cum ea, quae ad docendum opus erant, curaret. Quod iam illustratur, si addimus alterum Demosthenis locum or. XIX 249: *διδάσκων δ' ὁ πατὴρ γράμματα.* Ex his, ut videtur, verisimile fit Photium redire ad Pseudoplutarchum; nam apud illum scripta videmus et *ὑπογραμματεύων* et *τριταγωνίζων* et *παῖς ὢν ἐδίδασκε*: si autem et verbis antecedentibus (quae pendent ex *ὥς φησι Δημοσθένης*) congruit uterque auctor et verba *παῖς ὢν ἐδίδασκε,* quae aeque ex Demosthene fluxisse constat, a Plutarcho haud recte intellecta sunt, si eundem errorem apud Photium inveniemus, hunc ad illum redire verisimillimum erit, nisi quis forte suspicatur utrumque auctoris nomine non addito eundem auctorem secutum eundem in errorem incidisse. Etiam in Hyperidis vita uterque auctor eundem praebet errorem: Photius igitur ut Pseudoplutarchus primum tradit captum esse Hyperidem in templo Neptuni Aeginensis (cfr. Photi vita Hyp. p. 496 a 27), deinde apud utrumque auctorem verba *δόξας δὲ κεκοινωνηκέναι τῶν Περσικῶν χρημάτων Ἐφιάλτῃ* (Pseudopl. v. 11. 12 — Phot. p. 495 b 42), quo servantur ordine, cum sensum non praebeant, alterum ex alterius libro et alia et errorem transscripsisse verisimile est.

Sed haec quidem hactenus; multa etiam apud Pseudoplutarchum et Photium inveniuntur, quae inter se non congruunt. Ac primum quidem Photius multa quae Pseudoplutarchus prodit omisit seu consulto seu neglegentia; in quibus

id praeter cetera dignum est quod commemoretur Pseudoplutarchum in universum multo diligentius tulisse archontum nomina quae aetatem oratoris respiciant et accuratius circumscribant (v. Zucker Acta sem. phil. Erlang. I, 298 extr. 299. 302.):

Andoc. 46: ἄρχων δ' Ἀθήνησι Θεογενίδης ὥστ' εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσι που ι
Lysiae 6—7: γενόμενος usque ad ὀλυμπιάδος
„ 13: ἐπὶ Πραξιτέλους ἄρχοντος
„ 17: Καλλίᾳ usque ad 19 οἰκούντων
„ 21: ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος
„ 33: ἐπ' ἀναρχίας τῆς πρὸ Εὐκλείδου
Isocratis 7—8: Μυρρινουσίου ἄρχοντος Ἀθήνησι
„ 57: ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος
Demosthenis 21—22: ἐπὶ Τιμοκράτους ἄρχοντος
„ 194: ἐπὶ Γοργίου ἄρχοντος
Hyperidis 40—41: καὶ οὕτως ἐτελεύτησε πυανεψιῶνος θ' ἱσταμένου
„ 91—92: ἐπὶ Ξενίου ἄρχοντος γαμηλιῶνος ζ' φθίνοντος
Dinarchi 16—18: περὶ τὴν κατάληψιν — ἐπ' Ἀναξικράτους ἄρχοντος.

Duobus locis etiam apud Photium olympiadis nomen invenitur:

Andoc. 45: ἄρχει δ' αὐτῷ τῆς γενέσεως ὀλυμπιὰς μὲν οζ'
Isocr. 6—7: γενόμενος δὲ κατὰ τὴν πς' ὀλυμπιάδα

uno loco archontatus:

Lys. 16: ἕως Κλεοκρίτου τοῦ Ἀθήνησιν ἄρχοντος ἔτη λγ'

Id certissime ex his intellegi constat Photium multis locis accuratius aetatem circumscribere omisisse, ubi Plutarchus archontatum quin etiam mensem praebet. Quae diversitas eo magis mira videtur, quod contra omnia quae Photius refert nomina in vitis Pseudoplutarcheis inveniuntur neque unum novum addit Photius. Praeterea cum archontis nomen omnino desit in vitis Photianis nisi in vitae Lysianae v. 16, hoc loco cur addat Photius facile intellegitur; accurate enim exprimere voluit quamdiu Lysias versatus sit Thuriis itaque ad verba κἀκεῖ διέμεινε definienda adposuit.

Restant Andocidis 45 et Isocr. 6., ubi olympiadum saltem nomina Photius praebet, sine certo consilio, ut videtur, cum

sunt de divitiis oratoris vel potius repetita ex v. 36; sequentibus versibus ad orationes reditur (v. 81—84); v. 70—73 contra sine ullo ordine hic ponuntur: complura de uxore liberisque inde a v. 86: *συνέγραψε δ' αὐτοῦ καὶ ὁ παῖς* usque ad v. 96 insunt itaque veri fit simillimum v. 70—73 ad illos versus, inpr. ad (v. 86) Apharei nomen explicandum adiunctos esse; iam ut leguntur cum per se stare non possint ex illis videntur emanasse. Ad v. 84—86 vitae eiusdem adeamus, quibus versibus et repetitio et amplificatio v. 58 continetur (cf. v. *τοῦ βίου δ' ἡμέραις διὰ τό σιτίων ἀποσχέσθαι* cum 85: *οἱ δέ τεταρταῖον ἅμα ταῖς ταφαῖς*). Et hoc quoque loco quaenam sententia prior steterit intellegitur; v. 56—65 enim quae de morte Isocratis digna visa sunt, quae commemorentur, tam apte inter se cohaerent ut vix possint discerni. Deinde autem vitae compilator et illa repetivit et nova addidit, quae si non de morte attamen de mortuo Isocrate sunt quaeque cum v. 87—106 optime coniunguntur.

Ex Lycurgi quoque vita nonnulli loci hic ponantur. Atque primum quidem v. 56—59 amplificationem praebent versuum antecedentium: anteeunt quae leges latae fuerint a Lycurgo, additur fabula de eius coniuge. Tale quid etiam in v. 59—67 inest qui versus respiciant ad v. 36—39: duobus enim locis quam iuste sese gesserit Lycurgus praedicatur, priore loco in universum, posteriore exemplum datur vel testimonium cf. v. 39 *ὥστε καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις τὸ φῆσαι Λυκοῦργον ἐδόκει βοήθημα εἶναι τῷ συναγορευομένῳ* cum 67: *ἐπαινεῖται ὑπὸ πολλῶν ἐπὶ τῷ βοηθῆσαί μοι.* Quo concesso v. 36—39 priore aetate scriptos esse manifestum est quippe qui satis apte ad ingenium viri illustrandum apto loco legantur, contra si v. 59—67 additamenta posuimus, v. 68 de legibus continuatur quae v. 40 enumerari coeptae sunt.

Deinde v. 95—102 repetitiones vel amplificationes continentur cf. v. 95: *μέλλων δὲ τελευτήσειν . . . . οὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος πλὴν Μενεσαίχμου* cum 83: *ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ παρέδωκαν τοὺς παῖδας τοῖς ἱα Μενεσαίχμου μὲν κατηγορήσαντος.* Ac primum ordo minus

est; prior enim locus est de liberorum accusatione, posterior de oratoris ipsius; interponuntur v. 89—94 de sepulcro. Hoc fieri non potuisse puto; nam si de liberis accusatis voluit dicere compilator, haec verba ante v. 102 debebat ponere, ubi accuratius de illis docemur. v. 99 porro: *καὶ ἐτελεύτησεν ἐπιεικὴς νομισθεὶς παρὰ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον καὶ ἐν λόγοις ἐπαινεθείς* cf. cum 36 sq. *διετέλεσέ τε τὸν ἅπαντα χρόνον εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ δίκαιος εἶναι νομιζόμενος*: haec verbotenus fere consentiunt. Quae ad explicanda mihi persuasum est v. 95—102 posteriore aetate in vitam primariam esse intrusos. Compilator igitur v. 36 sqq. invenit iustissimum semper sese praebuisse civem Lycurgum totam per vitae aetatem, invenit praeterea Menesaechmi nomen, accusatoris liberorum, itaque his compositis interque se coniunctis adiunxit amplificationem.

Postremo pertinent huc Demosthenis vitae v. 175—202, nam Demosthenem id curasse, ut cum Thebanis pacem foedusque icerent Athenienses iam v. 50 sqq. explicatum neque verisimile est talia post mortem commemoratam denuo scripta esse a primariae vitae auctore. Itaque e primaria vita eiciendi sunt. Tota porro narratio de Hyperidis morte (Pseudopl. 37 cf. c. Demosth. vita 150 sqq.) cum Demosthene tantopere concinit ut suspicio oriatur. Sed certum de his proferre iudicium non ausim. Ex his certissime, ni egregie fallor, cognoscitur in primariam vitam additamenta inmanasse quae auctoris primarii non sunt; addantur exempla nonnulla quae, quamquam non ab omni dubitatione amota sunt, tamen sententiam illam probare videntur. Compluribus igitur locis vitarum fabulae inveniuntur vel sententiarum amplificationes, quae novi nihil enarrant, sed uberius tantum atque latius quae antecedunt adumbrant. Hoc loco ponendi sunt vitae Antiphontis v. 44—56, ubi de morte Antiphontis quae quisque auctor tradiderit refertur. Tales repetitiones vel potius amplificationes offendunt et vix putem ab auctore primario eas additas esse. Deinde vitae Lysiae v. 37—39, vitae Hyperidis v. 41—55 ad idem spectant; praeterea vitae Andocideae v.

De Plutarchi quae feruntur vitis decem oratorum.

Caput I.

De compositione vitarum.

In decem oratorum vitis explorandis et enarrandis quamvis sciamus viros inter antiquitatis philologos non ignobiles, Caecilium Calactinum et Didymum Chalcenterum, egregiam curam posuisse, tamen ex eorum studiis misella tantum frustula eaque inferioris aevi additamentis maximam partem contaminata ad nos pervenerunt; inter quae et ambitu et virtute excellunt ea, quae exstant in libello vitarum decem oratorum perperam Plutarcho inscripto; quibuscum reliquae vitae, inprimis quae in Photii bibliotheca servantur, tantopere cohaerent, ut perpauca nova exhibeant.

Ex iis viris doctis, qui in his vitis illustrandis desudaverunt, primus Arnoldus Schaefer in commentatione de libro vitarum decem oratorum (Dresdae 1844) p. 37 sq. ad eam sententiam pervenit, vitas decem oratorum non multo post Dionysi Halicarnassensis aetatem ab aliquo grammatico esse conscriptas in usum eorum, qui ad lectionem oratorum antiquorum accederent: post cum in scholis rhetorum lectitari non desinerent, a compluribus hominibus doctis indoctisque temporibus diversis interpolatas esse atque amplificatas; nomen autem neque suum neque Plutarchi quemquam ex his ei libro inscripsisse, sed inter scripta Plutarchea vel forte aliqua vel librariorum errore illatum esse. Hoc igitur nobis agendum est, si de

harum vitarum auctoritate recte iudicare volumus, ut quid a principio scriptum fuerit, quid post ab aliis alio tempore adiectum distinguamus. Interpolationum autem et additamentorum genera discernenda sunt, ut de eorum fide disputari possit. Schaeferi argumentatio cum iure et aliorum virorum doctorum et Volkmanni viri docti plausum tulerit, iam ego, quod ille in aliud tempus reiecit, in me recepi, videlicet ut in compositionem fidemque singularum vitarum diligentius inquirerem.

Vitas decem oratorum Pseudoplutarcheas non uno tenore compositas scriptasve esse unusquisque facile intelleget. Manifesto enim in singulis vitis duae partes discernuntur, quarum prior de vita et rebus gestis oratoris ordine agens ubique eadem sententia concluditur, quae est de orationum numero aut de dicendi genere; quae in hac parte narrantur, quamquam nonnullis locis additamenta inferioris aevi non desunt, in universum tamen speciem unius vitae continuae atque ab uno eodemque auctore conscriptae praebent. Valde discrepat ab hac parte altera. Sine ulla dispositione hoc in auctario, quo vocabulo sollemniter hanc partem significare licebit, vario variis in vitis ordine adnotationes, fabulae, alia eiusmodi colliguntur, quae ad vitam oratoris illustrandam minoris momenti sunt.

Atque primum quidem, ut supra dictum est, omnibus in vitis nonnullae res certo ordine certoque consilio enumerantur, quas ad oratoris mores cognoscendos multum valere primo obtutu apparet.*) Nominantur enim in

I. vita Antiphontis: pater, pagus, praeceptores, annus natalis, annus mortis, res gestae (merita), numerus orationum.

II. vita Andocidis: pater, avus, pagus, ordo patris, res gestae, annus natalis, numerus orationum, ratio dicendi.

III. vita Lysiae: pater, avus, proavus, patria, annus natalis, res gestae, annus mortis, orationum numerus, ratio dicendi.

*) cfr. vitarum textum commentationi adnexum secundum editionem Westermanni.

IV. Isocratis: pater, avus, ordo patris, annus natalis, sors, annus mortis, orationum numerus.

V. Isaei: patria, praeceptores, numerus orationum, ratio dicendi.

VI. Aeschinis: pater, mater, pagus, gens, praeceptores, sors, ratio dicendi, orationum numerus.

VII. Lycurgi: pater, avus, pagus, gens, praeceptores, sors, orationum numerus.

VIII. Demosthenis: pater, mater, avus, pagus, praeceptores, sors, annus natalis (facile quidem ex v. 81 intellegitur), annus mortis, orationum numerus.

IX. Hyperidis: pater, avus, pagus, praeceptores, sors, orationum numerus.

X. Dinarchi: pater, patria, orationum numerus, ratio dicendi.

Vides in omnibus vitis ordinem fere eundem inveniri; in omnibus nominantur patrum nomina, apud Demosthenem et Aeschinem praeterea matris; nominantur haec, quod alter orator alterius matri maledicebat. Avi nomen inest in vitis Andocidis, Lysiae, Isocratis, Lycurgi, Demosthenis, Hyperidis; apud Aeschinem sine dubio ob id omittitur, quod minus constabat. Pagus eorum oratorum additur, qui cives Athenienses erant. Quae restant similitudines in universum quidem in omnibus vitis inveniuntur, nisi quod de Dinarcho pauca divulgata erant; apud nonnullos omissum est iudicium rationis dicendi: in vita Antiphontis, qui nescio an ob eam tantum causam in canonem receptus sit, quod aetate maxumus erat florebatque quinto saeculo, apud Lycurgum, quem non tam oratorem quam legislatorem sese praestitisse satis constat, apud Isocratem et Demosthenem, quod apud hunc eo magis mirum videtur, quod e Dionysi Halicarnassensis opere de vi dicendi Demosthenis ad hanc rem amplificandam multa sumi poterant. Sed aliquid de orationibus in omnibus vitis legitur et ita quidem, ut ubique his verbis vel sententiis, quae sunt de arte rhetorica sive orationum numero, altera pars mani-

festo concludatur, quae res dignissima est ad quam animum attendas. Sequitur Ant. 57. Lys. 49. Isocr. 109. Aesch. 44. Lyc. 126. Dem. 203. Hyper. 56, farrago, in qua nusquam ordo, nusquam certum consilium servatur, sed aut antecedentia repetuntur aut vilia et levia afferuntur.

Sed priusquam in hanc partem accuratius inquiramus, aliud respiciendum est; nam, ut ex antecedentibus cognoveris, vita primaria — hoc verbo partem significare licebit in universum priorem — optima coniunctione et verborum et sententiarum continuatur, neque quisquam dubitabit, quin ab uno eodemque auctore qui oratores, quos vocant Atticos, commentatus in iis curam posuit, tota haec pars conscripta sit, eiectis illis additamentis, quae in vitam primariam intrusa ordinem turbant et propter inanitatem ad oratorem eiusque mores cognoscendos minoris momenti sunt. Atque primum quidem ea additamenta amplectamur, quae vitae ordinem turbare videantur. Huc pertinent Lysiae vitae v. 42—44 male huic loco inserti, optime enim cohaerent verba ἐν οἷς δὶς μόνον (de orationibus) cum verbis ἐγένετο πιθανώτατος (de ratione dicendi). Deinde huc afferam Aeschinis vitae v. 22 (εἰσὶ δ᾽ οἵ φασι) usque ad v. 24 (ἐξελθεῖν), quippe qui versus textum turbent, nam his refutatis optime coniunguntur quae de accusatione tradita sunt cum verbis χρόνῳ δὲ ὕστερον. Item in vita Demosthenis v. 8—20 male illo loco leguntur tenoremque turbant et bene sequitur post v. 7 v. 20: τελειωθεὶς δέ. Ad idem spectant v. 30—43, qui versus fabulas praebent quomodo in arte rhetorica provectus sit Demosthenes, hoc loco haud aptas, ut videtur. Si autem post v. 30 legetur v. 43 ἐπεὶ δὲ τῷ πολιτεύεσθαι, vitae primariae ordo restitutus esse videtur. Ob eandem causam eiciendi sunt v. 52—69. Etiam v. 75—81 male hoc loco leguntur recteque mihi videtur sententia continuari, si quid de Olynthiis censuerit orator v. 81 pergitur. Eodem modo v. 87—93 cur hoc loco legantur non potest intellegi: de Olynthiis, de Philippo agitur; quid opus est addere Xenophonti notum fuisse Demosthenem? Fortasse Hyperidis vitae v. 15—17, cum sensum turbent, eiciendi sunt.

Multo magis offendunt earundem rerum amplificationes aut repetitiones quae in priore vitarum parte inveniuntur facileque e vita primaria possunt eximi. Atque primum quidem ex Andocidis vita v. 5—7 cum v. 15—18 hic conferantur. In v. 5—7 ab Andocide Corcyraeis auxilium latum esse traditur gerentibus bellum cum Corinthiis. Quae sequuntur verba v. 9 *διὰ τό* usque ad 17 (*Κράτιππός φησι*) posteriore aetate addita sive adscripta ad marginem sive in contextum intrusa ex repetitione videtur posse concludi quae inest in v. 17: *περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς περιέκοψαν* in quibus verbotenus fere v. 8: *τοὺς Ἑρμᾶς περικόψας* inveniuntur. Praeterea Photius omissis illis post *τῇ τῶν μυστηρίων τῆς Δήμητρος ὕβρει* usque ad *ἀπέφυγε κριθείς* pergit congruens cum Pseudoplutarchi v. 18: *κριθεὶς δ' ἐπὶ τούτοις ἀπέφυγεν ἐπὶ τῷ μηνύσειν πρὸς ἀδικοῦντας*. Unde posse videtur concludi totam hanc sententiam posteriore aetate in vitam primariam influxisse ut versus antecedentes accuratius circumscriberentur.

Porro vitae Lysianae v. 38—39 *γεννηθῆναι δέ φασι ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος* sine dubio repetitionem praebent; v. 6 enim iam legimus *ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος*, et haec verba ante v. 38—39 inventa esse in vita pro certo habendum videtur; nam et consentaneum est in exordio vitae quo anno natus sit orator referri — et haec concinunt cum reliquarum vitarum ratione — et versu 6 multo accuratius annus natalis exponitur (*τοῦ μετὰ Φρασικλῆ*.) Intrusa autem est repetitio additaque ad mortis annum ut inde vitae spatium facilius cognoscatur.

Addam Isocratis 70—73 qui versus si non repetunt attamen spectant vel potius amplificant alium locum. Conexum autem sic puto institui: post v. 60 sqq. uberius mors Isocratis narratur; sequentibus adnectit vitarum compilator adnotationes de orationibus: de Panathenaico, adversus Philippum, ad Nicoclem. Sane etiam ad hanc orationem commemoratam additamenta adiunguntur, sed haec, ni fallor, quodammodo ad orationes pertinent. v. 75 enim scriptum videmus *καὶ τάλαντα λαβὼν ὑπὲρ τοῦ πρὸς αὐτὸν γραφέντος λόγου*, unde capta quae

sunt de divitiis oratoris vel potius repetita ex v. 36; sequentibus versibus ad orationes reditur (v. 81—84); v. 70—73 contra sine ullo ordine hic ponuntur: complura de uxore liberisque inde a v. 86: *συνέγραψε δ' αὐτοῦ καὶ ὁ παῖς* usque ad v. 96 insunt itaque veri fit simillimum v. 70—73 ad illos versus, inpr. ad (v. 86) Apharei nomen explicandum adiunctos esse; iam ut leguntur cum per se stare non possint ex illis videntur emanasse. Ad v. 84—86 vitae eiusdem adeamus, quibus versibus et repetitio et amplificatio v. 58 continetur (cf. v. *τοῦ βίου δ' ἡμέραις διὰ τό σιτίων ἀποσχέσθαι* cum 85: *οἱ δέ τεταρταῖον ἅμα ταῖς ταφαῖς*). Et hoc quoque loco quaenam sententia prior steterit intellegitur; v. 56—65 enim quae de morte Isocratis digna visa sunt, quae commemorentur, tam apte inter se cohaerent ut vix possint discerni. Deinde autem vitae compilator et illa repetivit et nova addidit, quae si non de morte attamen de mortuo Isocrate sunt quaeque cum v. 87—106 optime coniunguntur.

Ex Lycurgi quoque vita nonnulli loci hic ponantur. Atque primum quidem v. 56—59 amplificationem praebent versuum antecedentium: anteeunt quae leges latae fuerint a Lycurgo, additur fabula de eius coniuge. Tale quid etiam in v. 59—67 inest qui versus respiciant ad v. 36—39: duobus enim locis quam iuste sese gesserit Lycurgus praedicatur, priore loco in universum, posteriore exemplum datur vel testimonium cf. v. 39 *ὥστε καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις τὸ φῆσαι Λυκοῦργον ἐδόκει βοήθημα εἶναι τῷ συναγορευομένῳ* cum 67: *ἐπαινεῖται ὑπὸ πολλῶν ἐπὶ τῷ βοηθῆσαί μοι.* Quo concesso v. 36—39 priore aetate scriptos esse manifestum est quippe qui satis apte ad ingenium viri illustrandum apto loco legantur, contra si v. 59—67 additamenta posuimus, v. 68 de legibus continuatur quae v. 40 enumerari coeptae sunt.

Deinde v. 95—102 repetitiones vel amplificationes continentur cf. v. 95: *μέλλων δὲ τελευτήσειν . . . . οὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος πλὴν Μενεσαίχμου* cum 83: *'ντος δ' αὐτοῦ παρέδωκαν τοὺς παῖδας τοῖς τά Μεμὲν κατηγορήσαντος.* Ac primum ordo mirus

est; prior enim locus est de liberorum accusatione, posterior de oratoris ipsius; interponuntur v. 89—94 de sepulcro. Hoc fieri non potuisse puto; nam si de liberis accusatis voluit dicere compilator, haec verba ante v. 102 debebat ponere, ubi accuratius de illis docemur. v. 99 porro: *καὶ ἐτελεύτησεν ἐπιεικὴς νομισθεὶς παρὰ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον καὶ ἐν λόγοις ἐπαινεθείς* cf. cum 36 sq. *διετέλεσέ τε τὸν ἅπαντα χρόνον εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ δίκαιος εἶναι νομιζόμενος*: haec verbotenus fere consentiunt. Quae ad explicanda mihi persuasum est v. 95—102 posteriore aetate in vitam primariam esse intrusos. Compilator igitur v. 36 sqq. invenit iustissimum semper sese praebuisse civem Lycurgum totam per vitae aetatem, invenit praeterea Menesaechmi nomen, accusatoris liberorum, itaque his compositis interque se coniunctis adiunxit amplificationem.

Postremo pertinent huc Demosthenis vitae v. 175—202, nam Demosthenem id curasse, ut cum Thebanis pacem foedusque icerent Athenienses iam v. 50 sqq. explicatum neque verisimile est talia post mortem commemoratam denuo scripta esse a primariae vitae auctore. Itaque e primaria vita eiciendi sunt. Tota porro narratio de Hyperidis morte (Pseudopl. 37 cf. c. Demosth. vita 150 sqq.) cum Demosthene tantopere concinit ut suspicio oriatur. Sed certum de his proferre iudicium non ausim. Ex his certissime, ni egregie fallor, cognoscitur in primariam vitam additamenta inmanasse quae auctoris primarii non sunt; addantur exempla nonnulla quae, quamquam non ab omni dubitatione amota sunt, tamen sententiam illam probare videntur. Compluribus igitur locis vitarum fabulae inveniuntur vel sententiarum amplificationes, quae novi nihil enarrant, sed uberius tantum atque latius quae antecedunt adumbrant. Hoc loco ponendi sunt vitae Antiphontis v. 44—56, ubi de morte Antiphontis quae quisque auctor tradiderit refertur. Tales repetitiones vel potius amplificationes offendunt et vix putem ab auctore primario eas additas esse. Deinde vitae Lysiae v. 37—39, vitae Hyperidis v. 41—55 ad idem spectant; praeterea vitae Andocideae v.

strabitur. Restat ut vitam Dinarcheam qualis extat apud Dionysium et Pseudoplutarchum comparemus.

Dionysius p. 633 sqq.:	Pseudopl. p. 321:
v. 5: ἀφικόμενος δὲ εἰς Ἀθήνας	v. 2: ἀφικόμενος εἰς Ἀθήνας
v. 7—8: Θεοφράστῳ τε συνεγένετο καὶ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ	v. 4—6: ἀκροατὴς μὲν ἐγένετο Θεοφράστου, ὡμίλησε δὲ καὶ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ
v. 10—13: μάλιστα — περιπεσόντων	v. 6—8: μάλιστα δὲ — πεφευγότων
p. 634 v. 7—10: ἐξελθὼν δὲ — διέτριψεν	v. 19—20: ἔφυγεν — ἔτη
v. 15 — p. 635 v. 2: παρ' ἑνὶ — παρελθών	v. 22—26: καταλύσας — δικαστηρίῳ

Fateor hac in vita maxumas inesse inter utrumque auctorem similitudines recteque statuit Seeliger aut utrumque ex communi fonte hausisse aut alterum alterius esse auctorem. Ipse arbitratur Pseudoplutarchum Dionysio sua debere. Haud recte, ut videtur. Nam cum, ut ille ipse concedit, quod de tempore quo Athenas advenit inter se dissentiunt scrupulum inicit, qui non potest amoveri nisi alium fontem secutum esse Pseudoplutarchum statuamus, deinde omnino deest apud Dionysium de lite Harpalica narratio, id quod sane Seeligero levius videtur; mihi autem apud Pseudoplutarchum v. 12–14 tam bene cum versibus et antecedentibus et sequentibus videntur cohaerere, ut uno tenore a compilatore in fonte inventos vix possit negari. Neque quod de verbis Dion. p. 633, 3 (ἃ οὖν ἐγὼ αὐτὸς δι' ἐμαυτοῦ κατελαβόμην, ταῦτ' ἐστίν) censet Seeliger probare possum. Putat enim ille ex iis concludi primarium auctorem vitae Dinarcheae Dionysium Halicarnassensem fuisse omnesque alias vitas, si qua invenitur, ad eum redire necesse esse. Mihi enim verbum καταλαμβάνεσθαι nihil aliud significare videtur nisi „colligere"; unde collecta sint non additur. At complura inter Dionysium et oratorum locos conveniunt. Sane, sed inde non efficitur non eodem modo alium auctorem, qui eadem qua ille floruit aetate Dinarchum tractasse, id quod eo magis probatur quod duobus locis valde inter se discrepant Pseudoplutarchus et Dionysius.

De iis, quae restant vitis, i. e. de Antiphontis, Andocidis, Aeschinis, Hyperidis, Lycurgi concedit Seeliger (p. 43 sq.) non potuisse hauriri e Dionysio Halicarnassensi. Quae de Demosthenis vitae auctore prodit, tam incerta sunt ut vix quisquam credat. Primum autem iam per se multo verisimilius est omnes vitas Pseudoplutarcheas ex uno eodemque auctore haustas esse, deinde, ut tota ex argumentatione intellexeris, vitae primariae easdem fere res eodem ordine praebent et inprimis de ratione dicendi vel de numero orationum omnibus in vitis agitur; atque traduntur haec isdem fere verbis, ita ut omnia uni auctori tribuenda esse manifestum sit. Neque potest esse auctor Dionysius; certissime enim constat illum non de omnibus oratoribus, sed tantum de Lysia, Isocrate, Isaeo, i. e. de clarioribus natu maioribus oratoribus et de Aeschine, Hyperide, Demosthene, qui posteriore saeculo floruerunt, scripsisse. Ex his servantur de Lysia, de Isocrate, de Isaeo commentationes; de ceteris nihil servatur; Aeschinis et Hyperidis vitarum deest omnino commemoratio aut testimonium, ita ut summo in dubio versari videatur, num Dionysius vere de his scripserit; pro vita Demosthenis memoriae tradidit illud opus de vi dicendi Demosthenis, quo in opere compensationem illius fuisse haud absurde conicias. Itaque Dionysium Halicarnassensem auctorem esse vitarum Pseudoplutarchearum negandum est. Fontis autem nomen non solum in iis vitis, quas Dionysius tractavit, sed in nonnullis etiam aliis additur; is est Caecilius Calactinus.

Caput IV.*)

De fontibus vitarum Pseudoplutarchearum.

Floruisse videtur vitarum Pseudoplutarchearum partis prioris auctor circa Christum natum; fontium enim nomina cum

*) Quod nuper Ricardus Weise in „quaestionibus Caecilianis“ Berol. 1888 editis Dionysium Halicarnassensem Caecilio multo praeferendum Caeciliumque „non solum annis, sed etiam indole atque ingenio aequali inferiorem“ esse censuit, hoc non curo. Adeundus est de hac re Hammer Jahresbericht f. klass. Altertumswissenschaft vol. 62 (1890) p. 68 sq.

antiquissimorum auctorum tum Philochori (vit. Dem. 119), Demetrii Magnetis afferuntur. Cum autem hic Ciceronis aequalis fuerit, certe post eum auctorem vitas primarias conscriptas esse statuendum est. Id quod eo probatur, quod una cum Dionysio Halicarnassensi eum fuisse, ut supra explicatum est, verisimile est. Ex iis autem auctoribus, qui oratoribus Atticis, quos vocant, operam navarunt, praeter ceteros Didymus Chalcenterus et Caecilius Calactinus longe excellebant, alter commentariis, alter libro qui inscribitur *περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων*. Utriusque auctoris cum fragmenta usque ad nostram aetatem servata sint,*) ex comparatione ipsa effici potest, uter auctor vitarum sit Pseudoplutarchearum. Didymum auctorem primarium fuisse negandum videtur, nam neque nomen eius usquam in vitis nôminatur et fragmenta quae servantur multo magis viri grammatici quam rhetoris specimen prae se ferunt. Contra Caecilius Calactinus nonnullis locis nominatim appellatur (praeter vit. Antiph. 74. *ὁ Κεκίλιος παρατέθειται* cf. vit. Antiph. 23: *Κεκίλιος δ' ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι*, quibuscum quae sequuntur tantopere videntur cohaerere, ut vix ab iis possint disiungi; cf. ib. 57; Isocr. 106).

Haec fragmenta rhetoricem manifesto sapiunt. Praeterea monendum omnibus in vitis quae ad oratoris sive artem rhetoricam sive orationum numerum spectant isdem fere verbis ubique commemorari ita ut omnia uni auctori tribuere non dubitemus. Itaque quamquam, cum minora sint fragmenta, certum proferre iudicium non ausim, vitas primarias Pseudoplutarcheas a Caecilio Calactino consriptas esse verisimillimum fit. Ipse autem auctor vitarum primariarum maxumam, ut postea videbimus, partem ex orationibus ipsis hausit, nonnulla ex psephismatibus, quae collegerat Craterus (cf. Curtius Philol. XXIV p. 112), si qua ibi de oratoribus extabant, aut ex scriptoribus priscae aetatis, qui una cum oratore vel paullo post eum florebant.

*) Didymi Chalcenteri fragmenta collegit M. Schmidt, Lips. 1854, Caecili rhetoris fragmenta collegit Th. Burckhardt, Basileae 1863).

Atque primum quidem Antiphontis vita primaria fluxit et ex orationibus et ex Thucydidis libro VIII 68, praeterea e psephismatibus, quae de Antiphonte oratore lata erant. Ceterum caveamus ne omnia, quae de Antiphonte traduntur, ad oratorem referamus. Si enim v. 5 refertur Antiphontem Socrate familiariter usum esse, haec de alio Antiphonte intellegenda sunt: cfr. Xen. mem. I 6, 1. Diog. Laert. II 46. Tertius Antiphon commemoratur hac in vita 42 sqq.: ὥσπερ Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς Ἀντιφῶντος θυγατρὸς λόγῳ. cfr. de hoc Antiphonte Xenophontis Hellenica II 3, 40. Ad eundem respiciunt quae de stipendiis Antiphontis narrantur. Alius Antiphon Lysidonidae filius (Pseudopl. Antiph. vita 45 sqq.) a Cratino in Πυτίνῃ illuditur. Multa postremo inrepserunt nostram in vitam de Antiphonte tragico — cfr. Arist. Rhet. B 1385 a 9; vit. Pseudopl. 48 sqq. —, quem a Dionysio tyranno interfectum esse satis constat. Num poeta idem atque sophista sit dubium est; cfr. Philostr. vit. soph. p. 212 Kayser, Athen. XV 673 sq. Quae cum ita sint utrum haec omnia auctori vitae primariae tribuam necne non diiudico. Psephismatibus in vitis comparandis compilatorem usum esse supra dictum est; quorum fons cum in Antiphontis vita nominatim (v. 74) Caecilius Calactinus appelletur, etiam cetera quae adnectit psephismata ex illo fluxisse iam per se verisimile est. Caecilius autem aut per alios auctores (fortasse Hermippum) aut ipse ex Crateri ψηφισμάτων συναγωγῇ hausit, quam tertio ante Christum natum saeculo Craterus, Antigoni Macedonis frater composuit. Crateri autem psephismata*) non ex singulis quae extiterant in urbe monumentis sed ex apographis in Metroo descripta itaque abbreviata memoriae tradita esse iam dudum viri docti cognoverunt (cfr. Curtius, Philol. XXIV p. 113 sq.). Etiam Antiphontis psephisma, quale Pseudoplutarchus praebet, non ut servatur in lapide exaratum fuisse putandum est, nam praeter foedissimos librariorum errores multa insunt, quae ab usu in-

*) cfr. Hartel, Stud. über att. Staatsr. u. Urkundenw. (Sitz.-Ber. d. Wien. Akad. 1878 Bd. 90 p. 543 sqq.).

scriptionum publicarum valde abhorrent. Quod iam ipsum decreti initium docet. Omittitur enim *φυλῆς πρυτανευούσης* nomen, contra, quod prorsus inauditum est in decretis Euclidis anno vetustioribus, qua prytaniae die haec acta sint additur itemque ad scribae praesidisque nomen adicitur nomen demoticum, quod semper abest a titulis talis aevi. Attamen non negandum res ipsas, quas de Antiphonte nunc apud Pseudoplutarchum legimus, in psephismate extitisse; Pseudoplutarchus illud ut testimonium veritatis addidit. Ex psephismate autem fluxerunt

v. 1 (de genere) cfr. pseph. 93.
v. 37 sqq. „ „ 75 sqq.

Accuratius praeterea adhibita sunt Thucydidis libri VIII capita 68 et 90.

Ex his satis potest cognosci vitae Antiphontis primariae auctorem secutum esse antiquos auctores.

Andocidis vitam primariam ex oratore ipso emanasse testatur v. 40 sq.: *δηλοῖ δὲ περὶ πάντων ἐν τοῖς λόγοις οἷς συγγέγραφεν.* Et possunt comparari

Pseudopl. 1 sq. cum And. III 6.
v. **3** c. And. I 37—47. 147; Lysiae or. VI 23.
v. 27 sqq. c. And. I 4. 145. II 11. 13. 16. Lys. VI 26. 48.
v. 39 sq. c. And. III 14. 15. 33. 40.

Vitam quoque Lysianam ex oratore ipso hausit scriptor. Sed v. 7 erravit auctor, si anno quadringentesimo quinquagesimo nono natum esse Lysiam censet, quem annum coniectura collectum manifestum est; invenerat enim auctor in Lysiae ipsius oratione (contra Eratosthenem, quae permultis locis excerpta est) hunc puerum quindecim annorum migrasse Thurios. Thurios autem colonia deducta est a. 444, unde concluditur quindecim annis ante natum fuisse Lysiam. Necesse non est eum illo ipso anno venisse Thurios. E Platonis Phaedro 278 E cognoscitur multo maiorem natu fuisse Lysiam

Isocrate quem a. 436 natum satis constat. Itaque haud absurde conicias cum **Christio***) c. annum 445 natum esse Syracusis oratorem. Accedit quod minime verisimile est a Lysia, qui arti rhetoricae, aut a Polemarcho, qui philosophiae studuerit, armatoria illa parata, sed multo probabilius esse a patre hereditate accepta. Brachylli fratris nomen ex orat. Pseudodemosth. interpolatum esse iam dudum viri docti cognoverunt. Una restat difficultas. Apud Dionysium enim Halicarnassensem scriptum invenimus: *ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ*, quae verba sunt qui velint respondere Photianis *οὐ πολλῶν ἐνδεέστερον*. Cui sententiae ego non magis assentiendum puto quam **Zuckero** (Acta sem. phil. Erlang. I 303—305) censenti verba *ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ* mutanda esse in *ἔτη τρία*, cum ego Dionysi verba non corrupta putem, sed male huic loco inserta atque eandem fere sententiam Pseudoplutarchum praebere v. 4: *πλούτῳ διαφέρων*, quibus verbis nihil videtur significari nisi divitiis Cephalum abundasse. Ceterum permulta ex orationibus Lysiae fluxisse unusquisque concedet qui accuratius introspiciat, inprimis cfr. Lysiae adv. Eratosthenem 16—18 c. Pseudoplut. p. 242 v. 22 sqq.

Quae sequuntur cum antecedentibus tam bene cohaerent, ut ea quoque ex Lysia ipso hausta esse videantur; orationis autem, in qua illa inesse potuerunt, si non fragmenta attamen titulus servatur: *περὶ τῶν ἰδίων εὐεργεσιῶν*, qua in oratione quam bene meritus sit de Atheniensibus Lysias explicat.

Etiam **Isocratis** vitam primariam magnam partem ex orationibus fluxisse perspicuum est inprimis ex oratione quae est *περὶ ἀντιδόσεως*.

cf.	Pseudopl.	1 sqq.	cum	Isocr.	XV 161.
„	„	21 sq.	„	„	„ „
„	„	66	„	„	XII 3. 267.
„	„	93	„	„	epist. 8, 1.

*) cfr. Iwan **Müller**'s Handbuch der klass. Altertumswissenschaft VII 288. **Blass**, die attische Beredsamkeit 1 ed. alt. p. 339 sqq.

Isaei vita ex orationibus hausta non est, contra

Aeschinis vita primaria fere tota ex orationibus vel Aeschinis ipsius vel Demosthenis emanavit.

v. 1: Atque primum quidem Aeschinis patrem Athenis fugisse apud Aeschinem de falsa legatione legitur 78. *Κοθωκίδην* fuisse Aeschinem Demosthenes confirmat (de corona 180).

v. 3: de parentibus Aeschinis ib. 130. 284. XIX 281. 282.

v. 5 sq.: Actorem fuisse Aeschinem obicit Demosth. XIX 246. 337.

v. 8: verba *ἔτι παῖς ὢν ἐδίδασκε γράμματα σὺν τῷ πατρί* e male intellecto Demosthenis loco orta sunt. cf. com. p. 18.

v. 12: Partibus antidemosthenicis favisse praeter cetera ex orat. Dem. XVIII 161. 162 intelleges.

v. 17: magistratu *πυλαγόρου* functum esse Aeschinem invenimus Dem. XVIII 142 sq., Aesch. contra Ctesiphontem 107 sqq. 113 sq.

v. 24 sqq.: de fuga Aeschinis apud Pseudoplutarchum duas versiones coniunctas esse censet Blassius*), quarum altera brevior inveniatur apud scholiastam ad Aeschinis or. I 2, altera apud Philostratum in vita soph. p. 215 Kayser et apud anonymum *ἀτιμωθέντα καταφυγεῖν εἰς Ῥόδον*, apud Plutarchum in vita Dem. XXIV: *ἐκεῖνος—κατεβίωσεν*. Sed haud recte videtur iudicasse Blassius; mea enim sententia auctor ut verba *περὶ Ῥόδον καὶ Ἰωνίαν* explicaret, Ephesi versatum oratorem finxit, in urbe clarissima totius Asiae, quod eo facilius fieri potuit, quod Alexander tum in Asia bellum gerebat.

---

*) F. Blass, die attische Beredsamkeit 3, 2 p. 138.

In Lycurgi vita primaria loco orationum, quarum una adversus Leocratem servatur, psephisma respiciendum est, quod excerptum huic vitae adnectitur. cf. Pseudoplutarchi 4 sq. cum pseph. 165. (cf. schol. ad. Aesch. II 147; Harpocr. s. v. Ἐτεοβουτάδαι et *Βούτης*)

cf. v. 9 cum v. 175 sqq.
„ v. 20 sqq. cum v. 178 sqq.
„ v. 32 sqq. „ „ 194 sqq.

Utrum singulae leges, quae inde a v. 39 enumerantur, a compilatore adnexae sint an ad primariam vitam pertineant mihi in dubio versatur.

Vitam Demosthenis ex orationibus vel ipsius vel Aeschinis maxumam partem repetitam esse manifestum est. Permulta porro tantopere conveniunt cum Plutarchi vita Demosthenis, ut auctorem vitae Pseudoplutarchi primariae et verum Plutarchum ex communi fonte hausisse verisimile esse videatur. Postremo respiciendum est psephisma, quod vitae adnectitur. Atque primum quidem

v. 1: de parentibus Demosthenis cf. Aesch. III 171; pseph. 245 (Plut. Dem. IV)
v. 3: una cum sorore educatum apud Dem. c. Aphob. compluribus locis narratur
v. 20—27: sine dubio compositi ex oratione contra Aphobum habita (Plut. Dem. IV)
v. 28: cf. c. or. adversus Midiam 156
v. 48 sqq.: conferas cum pseph. 250 sqq. 263 sq. 288 sq.
v. 83: „ „ „ 253 (Plut. Dem. XVII)
v. 101--105: „ „ „ 257 sqq.
v. 106 sq.: „ Dem. de corona 83. 222.
v. 111 sqq. 125 sqq.: cf. Dinarch. adv. Demosth. 60. Hyper. orat. adv. Dem.
v. 148: conferatur cum pseph. 272 sqq. 299 sqq.

Hyperidis quoque vita, quamquam orationibus corrupte servatis certum non adferamus iudicium, sine dubio magnam

partem ex iis quos collegit Blassius orationum titulis sumpta est. cf. Hyperidis orationes ed. Blass: 1) κατὰ Δημοσθένους, p. 1—21 2) πρὸς Ἀριστογείτονα frgm. VIII 31—42 3) ὑπὲρ Φρύνης frgm. LXII 174—182 4) ἐπιτάφιος λόγος p. 52—71 5) Δηλιακός frgm. XIV 70—78 6) Ῥοδιακός frgm. LI 164 7) κατὰ Μειδίου frgm. XXXV.

Hyp. v. 12 — cf. Boeckhius Urkunden über d. Att. Seew. XIII C.

„ 19—20 cf. c. Hyperidis contra Dem. frgm. VI.

Mira inter Hyp. v. 32 sqq. et Dem. v. 47 sqq. consensio occurrit; uterque enim orator in Neptuni templo captus dicitur Aeginae. Alterum ex altero hausisse manifestum est facileque mea sententia fieri potuit, ut Pseudoplutarchus quae de Demosthenis exitu scripta invenit, deferret ad Hyperidem.

Dinarchi vita ex orationibus non hausta est.

Sequitur ut quos alios fontes adhibuerit exquiramus; ac primum quidem Isaei et Dinarchi vitas amplectamur, quibus nihil inesse contendimus ex orationibus sumptum. Certo sane inter antiquos constabat Isaeum Demosthenis praeceptorem fuisse. De vita autem eius praecipue conferas Harpocrationem s. v. Ἰσαῖος: μαθητὴς δὲ Ἰσοκράτους καθά φησιν Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν. Δημήτριος δ' ἐν τοῖς περὶ τῶν ὁμωνύμων ποιητῶν Χαλκιδέα φησὶν αὐτὸν εἶναι.

Qua aetate floruerit ex Demosthene aliisque facile intellegetur neque haec Dionysio primario vindicare debuit Seeliger. Quae certa de Isaeo tradita sunt ex Hermippo aut Demetrio sumpta esse verisimile fit.

Dinarchi vita minus vulgata erat quam ceterorum oratorum. Sane queritur Dionysius primo in capite, quod est de Dinarcho, neque Callimachum neque Pergamenos grammaticos neque Demetrium Magnetem satis in eum inquisivisse. Philochorum de fuga eorum, qui Athenis a Demetrio liberatis expulsi erant, eorumque reditu retulisse ex Dionysi de Dinarcho iud. p. 636, 7 sqq. R cognoscitur neque quidquam im-

pedit, quominus praeter Dionysium alter auctor ex Philochoro hauserit.

Sed aliorum etiam oratorum vitae non modo ex orationibus ipsis haustae sunt, sed etiam ex antiquorum auctorum scriptis, quorum nomina aut adduntur aut rerum conexu satis possunt cognosci: cf. Andoc. vitae v. 3sq.: *ὡς δ' Ἑλλάνικος καὶ ἀπὸ Ἑρμοῦ,* Dem. 119: *ὥς φησι Φιλόχορος,* ib. 159: *ὡς Δημήτριος ὁ Μάγνης φησί.* Compluribus locis auctorum nomina, si non adduntur, attamen facile sententiarum conexu possunt inveniri: Isocr. Pseudopl. 37 sqq. cf. c. Philostr. vit. soph. p. 214; Lyc. 35 cf. c. Plut. Phocione IX.

Manifestum est ex Plutarcho ipso illum nonnulla repetivisse; de Plutarchi in vitis parallelis fontibus viri docti alii protulerunt aliam sententiam. Id certo constat persaepe secutum esse Plutarchum Hermippum, qui nonnullis locis in vitis commemoratur quemque de Isocratis discipulis libros composuisse constat. Sed cum, ut initio commentationis exposui, aliquam rationem Pseudoplutarchus inter plerosque oratores et Isocratem intercedere vellet, mihi verisimillimum est magnam vitarum partem ex Hermippi scriptis sumptam esse. Praeter hos Philochorus sine dubio excerptus est a Plutarcho, cuius fragmenta nonnulla extant cuiusque nomen nonnullis vitae locis commemoratur. Doleo quod accuratius ob eam causam in hos fontes inquirere non possum, quod misella tantum frustula illorum auctorum servantur, e quibus nihil certi concludi possit.

Lyc. 43 sqq. cf. c. Paus. I 21, 1. 2.
„ 83—87 „ „ Dem. epist. III 24. Aesch. epist. 12, 14.

Ante litem Harpalicam mortuum esse Lycurgum testatur Hyperides *κατὰ Δημοσθένους.* Praeterea

cfr. Pspl. Demosth. 118 sqq. cum Plut. Dem. XXVI 19—32.
„ „ 96 sqq. cum Plut. Dem. XIV 5—10. XX 9—13.
„ „ 129—133 cum Plut. Dem. XXVII 8 sqq. et c. pseph. 268 sq.

cfr. Pspl. Demosth. 148 cum Plut. Dem. XXVI 19. pseph. 273. 299.
„ „ 149 sqq. cum Plut. Dem. XXIX.
„ „ 153 sqq. cum Plut. Dem. XXIX. XXX (diem mortis addit Plut. Dem. XXX 20).

Summa vero consensio inter Plutarchi vitam Demosthenis et Pseudoplutarchi, ut aut alteram ex altera aut utramque ex eodem fonte sumptam esse statuendum sit. Num Plutarchus ex vitae primariae auctore hauserit certo non iam potest diiudicari, utriusque auctoris argumentationem eadem ex origine natam esse verisimilius est. E veri Plutarchi vita Demosthenis hausisse compilatorem vitarum statuatur. At primum Pseudopl. v. 96 sqq. uberius rem tractant quam Plut. Dem. XX 9—13. Deinde ex Pseudopl. v. 151 sq. *ἐλθόντος δ' ἐπ' αὐτὸν Ἀρχίου τοῦ Φυγαδοθήρου ἐπικαλουμένου ὃς παρέβαλε Ἀναξιμένει τῷ ῥήτορι* et Plut. Dem. XXIX 22 *ὁ δ' Ἀρχίας προσελθών* inter se comparatis a compilatore, quippe qui patris nomen addat, excerptum esse Plutarchum verisimile non esse concedes. Praecipuus autem, ut videtur, fons erat Theopompus in historiis Philippicis, quarum nonnullis locis vitae Demosthenis mentio fit (cf. Dem. Plut. 4. 13. 14. 18. 21. 25) et Hermippus (cf. Dem. Plut. 5. 11. 28. 30).

Iam ad additamenta eorumque originem transeamus, in quibus quae ex antecedentibus repetuntur, cum priore in capite enumerata sint, hoc loco omnino omisi.

Andoc. igitur v. 7 sqq. redeunt ad Thuc. VI 53 (cf. Plut. Alc. XXI).

Isocratis v. 35—36 cf. c. Isocr. orat. XV 4. 145 sq. 154. 158. 39. 40.
„ „ 66 cf. c. Isocr. orat. XII 3. 267.
„ „ 97 „ „ Philostr. vit. soph. p. 213.

Isaei v. 8 utrum a primario auctore an a compilatore adpositus sit in medio relinquam.

Lycurgi v. 29—33 fluxerunt e Lyc. adv. Leocr. 64 sq.
„ „ 36—39 „ „ Dem. epist. III 6.

Lycurgi v. 60—67 fluxerunt e Plutarchi Phocionis c. XXIX Flamin. XII.
„ „ 70 sq. „ „ Hyp. frgm. 121.
„ „ 89 sq. „ „ psephismate v. 174.
„ „ 102—125 unde fluxerint certo diiudicari non potest; stirps in iis inest Lycurgi, quae certe inveniebatur in historiis Atticis quae vocantur. His autem praeter ceteros operam navavit Philochorus, ad quem, cum citetur in vitis, hos versus redire facile potest conici.

Demosth. v. 8: ὡς δὲ Ἡγήσιας ὁ Μάγνης φησί.
„ „ 17: ὡς δὲ Κτησίβιός φησι.

Quae insunt v. 30—43 fabulae de Demosthene et apud Plutarchum et apud Ciceronem atque Quintilianum leguntur; hae omnes ortae sunt ex antiquorum auctorum scriptis. Quintilianum e Cicerone, hunc ipsum ex fontibus Graecis hausisse satis constat. Apud auctores Romanos illa fusius atque uberius tractantur, sed res ipsae arte cum fabulis a Plutarcho enarratis coniunguntur, ut eiusdem originis esse verisimile sit. Quae origo fuerit diiudicari non potest, cum autem apud Plutarchum Hermippi, apud Pseudoplutarchum Philochori nomen tradatur, ex uno alterove horum scriptorum fabulas illas excerpsisse auctorem haud absurde conicies.

Demosth. v. 53 cf. c. Plut. Dem. VI 25.
„ „ 55 „ „ Athen. XIII 583 F, qui fontem „Λυγκεὺς ὁ Σάμιος“ nominat.
„ „ 58—60 ref. ad Ciceronis orat. 17. 56; de orat. III 56. 213. Brutus 38, 142. cf. Quint. XI 3, 6.
„ „ 63 sq. ex Plutarchi Demosth. IX 25.
„ „ 167 sq. sumpti ex Philochoro, ut additur.
„ „ 183 sq. duos liberos oratori fuisse ex una eademque uxore fortasse male intellexit auctor ex Athenaeo XIII 592 EF (huius loci fons appellatur: ὥς φησιν Ἰδομενεύς).

Hyperidis v. 25—28 cf. c. Lyc. adv. Leocr. 36 sq.
„ „ 41 sqq.: *Ἕρμιππος δέ φησι.*
„ „ 52: *ὥς φησι Διόδωρος.*
Dinarchi v. 11 sq. si est additamentum, e Pseudoplutarchi ingenio emanavit.

Restat ut unde auctaria sumpta sint diligentius exquiramus. Ac primum quidem ex auctariis perlegisse auctorem oratores efficitur.

Antiphon v. 68 sqq. mihi ex oratore ipso videntur sumpti (cf. Blass, die attische Beredsamkeit 1, 91—95).
Lysias v. 49 sqq.: de Metanaerae amore cf. orationem Pseudodemosthen. adv. Neaeram 21. cf. Athen. XIII 592 B, qui ex oratore sese hausisse profitetur.

Etiam quae v. 66 sqq. sequuntur e Lysiae orationibus excerpta esse manifestum est. Pro Iphicrate orationes habitas Lysiae fragmentis confirmatur, quae collegit Scheibe in editione Lysiae s. v. *ἀποσπασμάτια* p. 236 IX: *πρὸς Ἁρμόδιον περὶ Ἰφικράτους δωρεῶν.* De Timotheo extant nonnulla; in oratione XIX 34 apud Lysiam inveniuntur.

Isocratis v. 148 sqq. cf. c. Isocr. orat. XV 27. 33.
Aeschinis v. 46 cf. c. Demosth. XVIII 134.
„ „ 47 „ „ „ XIX 237.
„ „ 57 ex Demosthene fluxisse verbis significatur: *ὥς φησι Δημοσθένης* cf. Dem. de falsa legatione 241. 244. 252. 283. 285 sq.
Lycurgi v. 133 sq. de oratione adversus Autolycum cf. Harpocrationem s. v. *Αὐτόλυκος: Λυκούργου λόγος ἐστὶ κατ᾽ Αὐτολύκου τοῦ Ἀρεοπαγίτου . . . ὡς ὁ αὐτὸς δηλοῖ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους.* cf. Lyc. 53.

Quae sequuntur cum antecedentibus tam bene cohaerent, ut ex eodem fonte illa fluxisse pro certo habendum sit.

v. 160: de Neoptolemo conferantur Dem. orationes adversus Midiam et de corona, quibus ille nominatur inter eos, qui Demosthenis iram deprecati sunt.

Demosthenis v. 213 sq.: corruptum Persarum argento obiciunt Demostheni Dinarchus adversus Demosthenem 112 sq., Hyperides adversus Demosth. 14.

v. 235 sqq.: vinum non amasse sese ipse laudat Demosth. orat. XIX 46.

Hyperidis v. 63 sq.: *αὐτὸς γὰρ ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου δηλοῖ.*

„ „ 78: Dem. orat. XVIII 134.

In fine pauca de nonnullis aliis fontibus addam:

Antiphontis v. 57 sq.: illusum a Platone comico oratorem compilator vitarum e poeta ipso sumpsit.

Lysiae v. 53—65: epigramma a Philisco, Isocratis discipulo, in Lysiam factum demonstrat Bergkius in „poetis lyricis graecis“ vol. II p. 640.

Isaei v. 15: e poeta comico fluxit.

Lycurgi: de psephismate lato Anaxicrate archonte psephismatis ipsi versus 165 sqq. 204 sqq. docent.

v. 144: ex Aristoph. avibus 1296 emanavit.

v. 145 sq.: cf. Harpocr. s. v. *Ἐτεοβουτάδαι;* pseph. 169 sqq.

v. 155 sqq.: e psephismatis v. 205 sqq. sumpti sunt.

Hyperidis v. 60: cfr. Athen. VIII 341 E 342 C (e poeta comico et Hermippo).

v. 73 hodie apud Diodorum (XVIII 13) servatus nescio an e Philochoro absque hoc ex inscriptione excerptus sit.

In Dinarchi vita deest auctarium.

Vidimus igitur vitas decem oratorum Pseudoplutarcheas ex duabus partibus conglutinatas esse, quarum prior certo ordine composita ad antiquiorem aliquem auctorem referenda est, quem equidem Caecilium Calactinum esse credo. Cuius auctoris commentationes non integras servatas habemus, sed cum in scholis rhetorum una cum orationibus lectitarentur, additamentis auctae sunt ex orationibus ipsis repetitis. Haec additamenta quamquam multis et diversis locis in vitas pri-

marias irrepserunt, tamen propterea ab his discerni et seiungi possunt, quod dispositionem quam auctor primarius sibi proposuit turbant atque delent.

Postea addita est pars altera, quae fabulas atque narratiunculas praebet e vita primaria permixtas magis quam electas, ad quas nonnulla alia adiecta sunt vel aliunde sumpta vel prorsus ficta.

Denique utraque pars a grammatico aliquo retractata in eam quae nobis servata est formam videtur esse redacta.

Appendix.

I. Antiphontis vita.*)

(cf. Westermann, biographi graeci minores p. 230 sqq.; Photi bibliotheca cod. 259 p. 485 sq.)

[1]) *Ἀντιφῶν Σωφίλου μὲν ἦν πατρός [τῶν δὲ δήμων Ῥαμνούσιος]. μαθητεύσας δὲ τῷ πατρὶ [ἦν γὰρ σοφιστής, ᾧ καὶ Ἀλκιβιάδην φασὶν ἔτι παῖδα ὄντα φοιτῆσαι καὶ δύναμιν λόγων κτησάμενος, ὥς τινες νομίζουσιν, ἀπ᾽ οἰκείας φύσεως ὥρμησε μὲν πολιτεύεσθαι], διατριβὴν δὲ συνέστησε, καὶ Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ διεφέρετο τὴν ὑπὲρ τῶν λόγων διαφοράν, οὐ φιλονείκως, ἀλλ᾽ ἐλεγκτικῶς, [ὡς Ξενοφῶν ἱστόρηκεν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν]. καί τινας λόγους τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν συνέγραφεν εἰς τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγῶνας, πρῶτος ἐπὶ τοῦτο τραπείς, [ὥσπερ τινές φασιν]. τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ γενομένων οὐδενὸς φέρεται δικανικὸς λόγος, [ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν κατ᾽ αὐτόν, διὰ τὸ μηδέπω ἐν ἔθει τοῦ συγγράφειν εἶναι, οὐ Θεμιστοκλέους, οὐκ Ἀριστείδου, οὐ Περικλέους, καίτοι πολλὰς ἀφορμὰς καὶ ἀνάγκας παρασχόντων αὐτοῖς τῶν καιρῶν· καὶ γὰρ οὐ δι᾽ ἀσθένειαν ἀπελείποντο τοῦ συγγράφειν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν περὶ ἑνὸς ἑκάστου τῶν προειρημένων ἀνδρῶν. ὅσους μέντοι ἔχομεν ἐπὶ τὸ παλαιότατον ἀναφέροντες ἀπομνημονεῦσαι τὴν ἰδέαν τῶν*

---

*) **Numeri versuum secundum editionem Westermanni adscripti sunt.**

[1]) **Photius p. 486 a 3.**

λόγων ταύτην μεταχειρισαμένους, τούτους εὕροι τις ἂν ἐπιβεβληκότας Ἀντιφῶντι πρεσβύτῃ ἤδη ὄντι, οἷον Ἀλκιβιάδην, Κριτίαν, Λυσίαν, Ἀρχῖνον]. [1]) πρῶτος δὲ καὶ ῥητορικὰς τέχνας ἐξήνεγκε γενόμενος ἀγχίνους. διὸ καὶ Νέστωρ ἐπεκαλεῖτο. [2]) Κεκίλιος δ' ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως καθηγητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι [ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρ' αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν]. [3]) ἔστι δ' ἐν τοῖς λόγοις ἀκριβὴς καὶ πιθανὸς καὶ δεινὸς περὶ τὴν εὕρεσιν καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις τεχνικὸς καὶ ἐπιχειρῶν ἐξ ἀδήλου καὶ ἐπὶ τοὺς νόμους καὶ τὰ πάθη τρέπων τοὺς λόγους, τοῦ εὐπρεποῦς μάλιστα [4]) στοχαζόμενος. [5]) γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ Γοργίαν τὸν σοφιστήν, ὀλίγου νεώτερος αὐτοῦ, καὶ παρατέτακεν ἕως καταλύσεως τῆς δημοκρατίας ὑπὸ τῶν υ' γενομένης, [[6]) ἣν αὐτὸς δοκεῖ συγκατασκευάσαι, ὁτὲ μὲν δυσὶ τριηραρχῶν ναυσίν, ὁτὲ δὲ στρατηγῶν καὶ πολλαῖς μάχαις νικῶν καὶ συμμαχίας μεγάλας αὐτοῖς προσαγόμενος καὶ τοὺς ἀκμάζοντας ὁπλίζων καὶ τριήρεις πληρῶν ξ', καὶ πρεσβεύων ἑκάστοτε ὑπ' αὐτῶν, καὶ εἰς Λακεδαίμονα ἡνίκα ἐτετείχιστο Ἠετιωνεία]. μετὰ δὲ τὴν κατάλυσιν τῶν υ' εἰσαγγελθεὶς [σὺν Ἀρχεπτολέμῳ ἑνὶ τῶν υ'] ἑάλω, καὶ τοῖς περὶ τῶν προδοτῶν ἐπιτιμίοις ὑπαχθεὶς ἄταφος ἐρρίφη καὶ σὺν τοῖς ἐκγόνοις ἄτιμος ἀνεγράφη. οἱ δ' ὑπὸ τῶν λ' ἀνῃρῆσθαι αὐτὸν ἱστοροῦσιν, ὥσπερ Λυσίας [ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς Ἀντιφῶντος θυγατρὸς λόγῳ]· ἐγένετο γὰρ αὐτῷ θυγάτριον, οὗ Κάλλαισχρος ἐπεδικάσατο. [ὅτι δ' ὑπὸ τῶν λ' ἀπέθανεν ἱστορεῖ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ιέ τῶν Φιλιππικῶν. ἀλλ' οὗτός γ' ἂν εἴη ἕτερος, Λυσιδωνίδου πατρός, οὗ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει. πῶς γὰρ ἂν ὁ

---

[1]) Photius p. 486 a 11. 12.

[2]) Photius p. 486 a 4. 5.

[3]) Photius p. 485 b 10—14.

[4]) Quae apud Photium ib. 14—40 leguntur, omnino omittit Pseudoplutarchus.

[5]) Photius p. 486 a 25 sqq.

[6]) Photius pro his perpauca.

προτεθνεὼς καὶ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ τῶν υ´ πάλιν ἐπὶ τῶν λ´ εἴη]; ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος περὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ· πρεσβευτὴν γὰρ ὄντα αὐτὸν εἰς Συρακούσας πλεῦσαι, [ἡνίκα ἤκμαζεν ἡ τοῦ προτέρου Διονυσίου τυραννίς], γενομένης δὲ [παρὰ πότον] ζητήσεως, τίς ἄριστός ἐστι χαλκός, καὶ τῶν πολλῶν διαφερομένων, αὐτὸν εἰπεῖν ἄριστον εἶναι ἐξ οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων πεποίηνται· τοῦτο δ᾽ ἀκούσαντα τὸν Διονύσιον καὶ ὑπονοήσαντα προτροπὴν εἰς ἐπίθεσιν εἶναι τὸ ῥηθὲν προστάξαι ἀναιρεθῆναι αὐτόν. οἱ δ᾽ ὅτι τὰς τραγῳδίας αὐτοῦ διέσυρε χαλεπήναντα. [1]) φέρονται δὲ τοῦ ῥήτορος λόγοι ξ´, ὧν κατεψευσμένους φησὶ Κεκίλιος εἶναι τοὺς κέ. [2]) κεκωμῴδηται δ᾽ εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάνδρῳ. λέγεται δὲ τραγῳδίας συνθεῖναι καὶ ἰδίᾳ καὶ σὺν Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ. ἔτι δ᾽ ὢν πρὸς τῇ ποιήσει τέχνην ἀλυπίας συνεστήσατο, ὥσπερ τοῖς νοσοῦσιν ἡ παρὰ τῶν ἰατρῶν θεραπεία ὑπάρχει, ἐν Κορίνθῳ τε κατεσκευασμένος οἴκημά τι παρὰ τὴν ἀγορὰν προέγραψεν ὅτι δύναται τοὺς λυπουμένους διὰ λόγων θεραπεύειν, καὶ πυνθανόμενος τὰς αἰτίας παρεμυθεῖτο τοὺς κάμνοντας. νομίζων δὲ τὴν τέχνην ἐλάττω ἢ καθ᾽ αὐτὸν εἶναι ἐπὶ ῥητορικὴν ἀπετράπη. [εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ τὸ Γλαύκου τοῦ Ῥηγίνου περὶ ποιητῶν βιβλίον εἰς Ἀντιφῶντα ἀναφέρουσιν. ἐπαινεῖται δ᾽ αὐτοῦ μάλιστα ὁ περὶ Ἡρῴδου καὶ ὁ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τῶν ταῶν καὶ ὁ περὶ τῆς εἰσαγγελίας, ὃν ὑπὲρ ἑαυτοῦ γέγραφε, καὶ ὁ πρὸς Δημοσθένην τὸν στρατηγὸν παρανόμων]. ἔγραψε δὲ καὶ κατὰ Ἱπποκράτους τοῦ στρατηγοῦ λόγον καὶ εἷλεν αὐτὸν ἐξ ἐρήμου.

[Ψήφισμα ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, ἐφ᾽ οὗ οἱ λ´ κατελύθησαν, καθ᾽ ὃ ἔδοξεν Ἀντιφῶντα κριθῆναι, ὃ Κεκίλιος παρατέθειται. „Ἔδοξε τῇ βουλῇ, κά τῆς πρυτανείας, Δημόνικος Ἀλωπεκῆθεν ἐγραμμάτευε, Φιλόστρατος Παλληνεὺς ἐπεστάτει, Ἄνδρων εἶπε· περὶ τῶν ἀνδρῶν, οὓς ἀποφαίνουσιν οἱ στρατηγοὶ πρεσβευομένους εἰς Λακεδαίμονα

[1]) Photius p. 485 b 40.
[2]) Photius p. 486 a 14—25.

ἐπὶ κακῷ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων καὶ ἐκ τοῦ στρατοπέδου πλεῖν ἐπὶ πολεμίας νεὼς καὶ πεζεῦσαι διὰ Δεκελείας, Ἀρχεπτόλεμον καὶ Ὀνομακλέα καὶ Ἀντιφῶντα συλλαβεῖν καὶ ἀποδοῦναι εἰς τὸ δικαστήριον, ὅπως δῶσι δίκην· παρασχόντων δ' αὐτοὺς οἱ στρατηγοὶ καὶ ἐκ τῆς βουλῆς οὕστινας ἂν δοκῇ τοῖς στρατηγοῖς προσελομένοις μέχρι ι, ὅπως ἂν περὶ παρόντων γένηται ἡ κρίσις, προσκαλεσάσθωσαν δ' αὐτοὺς οἱ θεσμοθέται ἐν τῇ αὔριον ἡμέρᾳ, καὶ εἰσαγόντων ἐπειδὰν αἱ κλήσεις ἐξήκωσιν εἰς τὸ δικαστήριον περὶ προδοσίας κατηγορεῖν τοὺς ᾑρημένους συνηγόρους καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ ἄλλος ἄν τις βούληται, ὅτου δ' ἂν καταψηφίσηται τὸ δικαστήριον, περὶ αὐτοῦ ποιεῖν κατὰ τὸν νόμον ὃς κεῖται περὶ τῶν προδόντων." τούτῳ ὑπογέγραπται τῷ δόγματι ἡ καταδίκη. „Προδοσίας ὦφλον Ἀρχεπτόλεμος Ἱπποδάμου Ἀγρύληθεν παρών, Ἀντιφῶν Σωφίλου Ῥαμνούσιος παρών. τούτοιν ἐτιμήθη τοῖς ιά παραδοθῆναι καὶ τὰ χρήματα δημόσια εἶναι καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον, καὶ τὼ οἰκία κατασκάψαι αὐτῶν καὶ ὅρους θεῖναι τοῖν οἰκοπέδοιν ἐπιγράψαντας „Ἀρχεπτολέμου καὶ Ἀντιφῶντος τοῖν προδόταιν", τὼ δὲ δημάρχω ἀποφῆναι τὴν οὐσίαν αὐτοῖν, καὶ μὴ ἐξεῖναι θάψαι Ἀρχεπτόλεμον καὶ Ἀντιφῶντα Ἀθήνησι μηδ' ὅσης Ἀθηναῖοι κρατοῦσι. καὶ ἄτιμον εἶναι Ἀρχεπτόλεμον καὶ Ἀντιφῶντα καὶ γένος τὸ ἐκ τούτοιν καὶ νόθους καὶ γνησίους, καὶ ἐὰν ποιήσηταί τινα τῶν ἐξ Ἀρχεπτολέμου καὶ Ἀντιφῶντος, ἄτιμος ἔστω ὁ ποιησάμενος. ταῦτα δὲ γράψαι ἐν στήλῃ χαλκῇ καὶ ᾗπερ ἀνάκειται τὰ ψηφίσματα τὰ περὶ Φρυνίχου καὶ τοῦτο θέσθαι."]

II. Andocidis vita.

(cf. Westermann p. 237 sqq. Photi bibliotheca cod. 261 p. 488)

[1]Ἀνδοκίδης [Λεωγόρου μὲν ἦν πατρὸς τοῦ Ἀνδοκίδου τοῦ θεμένου ποτὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην Ἀθηναίοις. τῶν δήμων δὲ Κυδαθήναιος ἢ Θορεύς], γένους εὐπατριδῶν, ὡς δ' Ἑλλάνικος καὶ ἀπὸ Ἑρμοῦ. [καθήκει γὰρ εἰς αὐ-

1) Photius p. 488 a 22 sqq.

τὸν τὸ Κηρύκων γένος· διὸ καὶ προεχειρίσθη ποτὲ μετὰ Γλαύκωνος σὺν ναυσὶν κ' Κερκυραίοις βοηθήσων διαφερομένοις πρὸς Κορινθίους]. μετὰ δὲ ταῦτα αἰτιαθεὶς ἀσεβεῖν ὡς καὶ αὐτὸς τοὺς Ἑρμᾶς περικόψας καὶ εἰς τὰ τῆς Δήμητρος ἁμαρτὼν μυστήρια [*διὰ τὸ πρότερον ἀκόλαστον ὄντα, νύκτωρ κωμάσαντα θραῦσαί τι τῶν ἀγαλμάτων τοῦ θεοῦ καὶ εἰσαγγελθέντα, ἐπειδὴ οὐκ ἐβουλήθη ὃν ἐξήτουν οἱ κατήγοροι δοῦλον ἐκδοῦναι, διαβληθῆναι καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν τῆς δευτέρας γραφῆς ὕποπτον γενέσθαι, ἣν μετ' οὐ πολὺν χρόνον τοῦ ἐπὶ Σικελίαν στόλου συνέβη γενέσθαι, Κορινθίων εἰσπεμψάντων **** sic fere supplentur: τοὺς δράσοντας διὰ τοὺς Συρακουσίους ἀποίκους ὄντας. οὗτοι οὖν, τῶν ἐν Σικελίᾳ Ἑλλήνων ὑπὸ τῶν Συρακουσίων κακῶς διατεθέντων, Λεοντίνους τε καὶ Αἰγεσταίους ἄνδρας ἰδίᾳ, μελλόντων βοηθεῖν αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων νύκτωρ τοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς περιέκοψαν, ὡς Κράτιππός φησι], κριθεὶς ἐπὶ τούτοις ἀπέφυγεν ἐπὶ τῷ μηνύσειν τοὺς ἀδικοῦντας· σπουδὴν δὲ πᾶσαν εἰσενεγκάμενος ἐξεῦρε τοὺς περὶ τὰ ἱερὰ ἁμαρτόντας, ἐν οἷς καὶ τὸν αὑτοῦ πατέρα ἐμήνυσεν. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἐλέγξας ἐποίησεν ἀπολέσθαι, τὸν δὲ πατέρα ἐρρύσατο, καίτοι δεδεμένον ἤδη, ὑποσχόμενος πολλὰ λυσιτελήσειν αὐτὸν τῇ πόλει. καὶ οὐκ ἐψεύσατο· ἤλεγξε γὰρ ὁ Λεωγόρας πολλοὺς δημόσια χρήματα σφετεριζομένους καὶ ἄλλα τινὰ ἀδικοῦντας [καὶ διὰ μὲν ταῦτα ἀφείθη τῆς αἰτίας]. οὐκ εὐδοκιμῶν δ' ὁ Ἀνδοκίδης ἐπὶ τοῖς πολιτευομένοις ἐπέθετο ναυκληρίᾳ καὶ τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις ἐπεξενώθη, ὅτε καὶ μίαν τῶν πολιτίδων, Ἀριστείδου θυγατέρα, ἀνεψιὰν οὖσαν αὐτῷ, λάθρα τῶν οἰκείων ἐξαγαγὼν ἔπεμψε δῶρον τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. μέλλων δὲ ἐπὶ τούτοις εἰς δικαστήριον εἰσάγεσθαι πάλιν αὐτὴν ἐξέκλεψεν ἀπὸ [1])τῆς Κύπρου, καὶ ληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐδέθη. διαδρὰς δ' ἧκεν εἰς τὴν πόλιν καθ' ὃν χρόνον οἱ υ' διεῖπον τὰ πράγματα. δεθεὶς δ' ὑπὸ τούτων καὶ

[1]) Photius p. 488 a 37 sqq. b 1.

διαφυγὼν αὖθις, ὁπότε κατελύθη ἡ ὀλιγαρχία, ἐξέπεσε τῆς πόλεως [ἕως τῶν λ' τὴν ἀρχὴν παραλαβόντων]. οἰκήσας δὲ τὸν τῆς φυγῆς χρόνον ἐν Ἤλιδι κατελθόντων τῶν περὶ Θρασύβουλον καὶ αὐτὸς ἧκεν εἰς τὴν πόλιν. πεμφθεὶς δὲ περὶ τῆς εἰρήνης εἰς Λακεδαίμονα καὶ δόξας ἀδικεῖν ἔφυγε. δηλοῖ δὲ περὶ πάντων ἐν τοῖς λόγοις οἷς συγγέγραφεν. [1])οἱ μὲν γὰρ ἀπολογουμένου περὶ τῶν μυστηρίων εἰσίν, οἱ δὲ καθόδου δεομένου. σώζεται δ' αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος [καὶ ἀπολογία πρὸς Φαίακα] καὶ περὶ τῆς εἰρήνης. [2])καὶ ἤκμακε μὲν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἅμα Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ. ἄρχει δ' αὐτῷ τῆς γενέσεως ὀλυμπιὰς μὲν οή [ἄρχων δ' Ἀθήνησι Θεογενίδης, ὥστ' εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσί που ι]. [3])τούτου δ' ἐπώνυμός ἐστι καὶ Ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς Αἰγηίδος, ἐπικληθεὶς δ' Ἀνδοκίδου διὰ τὸ πλησίον παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. [καὶ αὐτὸς δ' ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῃ διθυράμβῳ καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ ἄντικρυς τοῦ πωρίνου Σειληνοῦ]. [4])ἔστι δ' ἁπλοῦς καὶ ἀκατάσκευος ἐν τοῖς λόγοις, ἀφελής τε καὶ ἀσχημάτιστος.

III. Lysiae vita.

(cf. Westermann, p. 241 sqq. Photi bibliotheca cod. 262 p. 488—490)

[5])*Λυσίας υἱὸς ἦν Κεφάλου τοῦ Λυσανίου τοῦ Κεφάλου, Συρακουσίου μὲν γένος, μεταναστάντος δ' εἰς Ἀθήνας ἐπιθυμίᾳ τε τῆς πόλεως καὶ Περικλέους τοῦ Ξανθίππου [πείσαντος αὐτὸν φίλον ὄντα καὶ ξένον, πλούτῳ διαφέροντα, ὡς δέ τινες ἐκπεσόντα τῶν Συρακουσῶν ἡνίκα ὑπὸ Γέλωνος ἐτυραννοῦντο. γενόμενος δ' Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλῆ κατὰ τὸ β' ἔτος τῆς π' ὀλυμπιάδος] τὸ μὲν πρῶτον συνεπαιδεύετο τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ἀθηναίων. ἐπεὶ δὲ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν [τὴν*

1) Photius p. 488 a 15—18.
2) Photius p. 488 a 20.
3) Photius p. 488 b 10.
4) Photius p. 488 a 18—20.
5) Photius p. 489 b 18.

ὕστερον Θουρίους μετονομασθεῖσαν] ἔστελλεν ἡ πόλις, ᾤχετο σὺν τῷ πρεσβυτάτῳ ἀδελφῷ Πολεμάρχῳ [ἦσαν γὰρ αὐτῷ καὶ ἄλλοι δύο, Εὐθύδημος καὶ Βράχυλλος], τοῦ πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, ὡς κοινωνήσων τοῦ κλήρου, ἔτη γεγονὼς ιε´ [ἐπὶ Πραξιτέλους ἄρχοντος] κακεῖ διέμεινε παιδευόμενος παρὰ Τισίᾳ καὶ Νικίᾳ τοῖς Συρακουσίοις, κτησάμενός τ᾽ οἰκίαν καὶ κλήρου λαχὼν ἐπολιτεύσατο [1]ἕως Κλεοκρίτου τοῦ Ἀθήνησιν ἄρχοντος ἔτη λγ´. τῷ δ᾽ ἑξῆς [Καλλίᾳ ὀλυμπιάδι ϟβ´ τῶν κατὰ Σικελίαν συμβάντων Ἀθηναίοις καὶ κινήσεως γενομένης τῶν τ᾽ ἄλλων συμμάχων καὶ μάλιστα τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκούντων], αἰτιαθεὶς ἀττικίζειν ἐξέπεσε μετ᾽ ἄλλων τ´. παραγενόμενος δ᾽ Ἀθήνησι [ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος], ἤδη τῶν υ´ κατεχόντων τὴν πόλιν, διέτριβεν αὐτόθι. [τῆς δ᾽ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίας] γενομένης καὶ τῶν λ´ παραλαβόντων τὴν πόλιν ἐξέπεσεν ζ´ ἔτη μείνας, ἀφαιρεθεὶς τὴν οὐσίαν καὶ τὸν ἀδελφὸν Πολέμαρχον, αὐτὸς δὲ διαδρὰς ἐκ τῆς οἰκίας ἀμφιθύρου οὔσης, ἐν ᾗ ἐφυλάσσετο ὡς ἀπολούμενος, καὶ διῆγεν ἐν Μεγάροις. ἐπιθεμένων δὲ τῶν ἀπὸ Φυλῆς τῇ καθόδῳ, ἐπεὶ χρησιμώτατος ἁπάντων ὤφθη, χρήματά τε παρασχὼν δραχμὰς ͵β καὶ ἀσπίδας σ´, πεμφθείς τε σὺν Ἑρμᾶνι ἐπικούρους ἐμισθώσατο τ´, β´ τ᾽ ἔπεισε τάλαντα δοῦναι Θρασυδαῖον τὸν Ἠλεῖον, ξένον αὐτῷ γεγονότα· ἐφ᾽ οἷς γράψαντος αὐτῷ Θρασυβούλου πολιτείαν μετὰ τὴν κάθοδον [ἐπ᾽ ἀναρχίας τῆς πρὸ Εὐκλείδου] ὁ μὲν δῆμος ἐκύρωσε τὴν δωρεάν, ἀπενεγκαμένου δ᾽ Ἀρχίνου γραφὴν παρανόμων διὰ τὸ ἀπροβούλευτον εἰσαχθῆναι ἑάλω τὸ ψήφισμα, καὶ οὕτως ἀπελαθεὶς τῆς πολιτείας τὸν λοιπὸν ᾤκησε χρόνον ἰσοτελὴς ὤν, καὶ ἐτελεύτησεν αὐτόθι πγ´ ἔτη βιοὺς ἢ ὥς τινες ος´ ἢ ὥς τινες ὑπὲρ π´, [2]ἰδὼν Δημοσθένην μειράκιον ὄντα. γεννηθῆναι δέ φασιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος. φέρονται δ᾽ αὐτοῦ λόγοι υκε´. τούτων γνησίους φασὶν οἱ περὶ Διονύσιον καὶ Κεκίλιον εἶναι σλγ´, ἐν οἷς δὶς μόνον

---

[1]) Photius p. 489 b 29 addit: οὐ τῶν πολλῶν καταδεέστερον.

[2]) apud Photium p. 489 b 17.

ἡττῆσθαι λέγεται. ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ ὁ ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος, ὃ ἐγράψατο Ἀρχῖνος τὴν πολιτείαν αὐτοῦ περιελών, καὶ κατὰ τῶν λ' ἕτερος. [1])ἐγένετο δὲ πιθανώτατος καὶ βραχύτατος, τοῖς ἰδιώταις τοὺς πολλοὺς λόγους ἐκδούς*) [εἰσὶ δ' αὐτῷ καὶ τέχναι ῥητορικαὶ πεποιημέναι καὶ δημηγορίαι, ἐπιστολαί τε καὶ ἐγκώμια καὶ ἐπιτάφιοι καὶ ἐρωτικοὶ καὶ Σωκράτους ἀπολογία ἐστοχασμένη τῶν δικαστῶν]. δοκεῖ δὲ κατὰ τὴν λέξιν εὔκολος εἶναι, δυσμίμητος ὤν. [Δημοσθένης δ' ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λόγῳ ἐραστὴν αὐτόν φησι γεγονέναι Μετανείρας ὁμοδούλου τῇ Νεαίρᾳ. ὕστερον δ' ἔγημε Βραχύλλου τοῦ ἀδελφοῦ θυγατέρα. μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ ὡς δεινοτάτου εἰπεῖν καὶ Ἰσοκράτους πρεσβυτέρου. ἐποίησε δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα Φιλίσκος ὁ Ἰσοκράτους μὲν γνώριμος, ἑταῖρος δὲ Λυσίου· δι' οὗ φανερὸν ὡς προέλαβε τοῖς ἔτεσιν, ὃ καὶ ἐκ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος εἰρημένων ἀποδείκνυται. ἔχει δ' οὕτως·

νῦν, ὦ Καλλιόπης θύγατερ, πολυηγόρε Φρόντι,
δείξεις, εἴ τι φρονεῖς καί τι περισσὸν ἔχεις.
τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι καὶ ἄλλοις
ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον
δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λυσίᾳ ὕμνον,
δύντα κατὰ φθιμένων, καὶ στέφος ἀθάνατον·
ὅς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δείξαι φιλέταιρον ἅπασι
καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

συνέγραψε δὲ λόγω καὶ Ἰφικράτει, τὸν μὲν πρὸς Ἁρμόδιον, τὸν δὲ προδοσίας κρίνοντι Τιμόθεον, καὶ ἀμφοτέρους ἐνίκα. ἀναδεξαμένου δ' Ἰφικράτους τὰς τοῦ Τιμοθέου πράξεις ταῖς εὐθύναις, ἀναλαβὼν τὴν τῆς προδοσίας αἰτίαν ἀπολογεῖται διὰ τοῦ Λυσίου λόγου, καὶ αὐτὸς μὲν ἀπελύθη, ὁ δὲ Τιμόθεος ἐζημιώθη πλείστοις χρήμασιν. ἀνέγνω δὲ καὶ ἐν τῇ Ὀλυμπιακῇ πανηγύρει λόγον μέγιστον, διαλλαγέντας τοὺς Ἕλληνας καταλῦσαι Διονύσιον].

---

[1]) apud Photium p. 488 b 18.

*) Desunt omnino apud Pseudoplutarchum Photi p. 488 b 22 usque ad 489 b 17.

IV. Isocratis vita.

(cf. Westermann, p. 246 sqq. Photi bibl., cod. 260 p. 486—488)

[1]Ἰσοκράτης Θεοδώρου μὲν ἦν παῖς [τοῦ Ἐρχιέως], ἑνὸς τῶν μετρίων πολιτῶν, [θεράποντας αὐλοποιοὺς κεκτημένου καὶ εὐπορήσαντος ἀπὸ τούτων, ὡς καὶ χορηγῆσαι καὶ παιδεῦσαι τοὺς υἱούς (ἦσαν γὰρ αὐτῷ καὶ ἄλλοι, Τελέσιππος καὶ Διόμνηστος, ἦν δὲ καὶ θυγάτριον), ὅθεν εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται ὑπ' Ἀριστοφάνους καὶ Στράττιδος]. γενόμενος δὲ κατὰ τὴν πς' ὀλυμπιάδα [Λυσιμάχου Μυρρινουσίου ἄρχοντος Ἀθήνησι], Λυσίου νεώτερος κβ' ἔτεσι, πρεσβύτερος δὲ Πλάτωνος ζ', παῖς μὲν ὢν [ἐπαιδεύετο οὐδενὸς ἧττον Ἀθηναίων], ἀκροώμενος Προδίκου τε τοῦ Κείου καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου καὶ Τισίου τοῦ Συρακουσίου καὶ Θηραμένους τοῦ ῥήτορος, [οὗ καὶ συλλαμβανομένου ὑπὸ τῶν λ' καὶ φυγόντος ἐπὶ τὴν βουλαίαν ἑστίαν ἁπάντων καταπεπληγμένων μόνος ἀνέστη βοηθήσων, καὶ πολὺν χρόνον ἐσίγησε κατ' ἀρχάς, ἔπειτα ὑπ' αὐτοῦ παρῃτήθη εἰπόντος ὀδυνηρότερον αὐτῷ συμβήσεσθαι, εἴ τις τῶν φίλων ἀπολαύσει τῆς συμφορᾶς. καὶ ἐκείνου τινὰς οὔσας τέχνας αὐτῷ φασι συμπραγματεύσασθαι, ἡνίκα ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐσυκοφαντεῖτο, αἵ εἰσιν ἐπιγεγραμμέναι Βότωνος]. ἐπεὶ δ' ἠνδρώθη, τῶν μὲν πολιτικῶν πραγμάτων ἀπέσχετο, ἰσχνόφωνός τ' ὢν καὶ εὐλαβὴς τὸν τρόπον καὶ τὰ πατρῷα ἀποβεβληκὼς ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ, ἄλλοις δὲ μεμελετηκὼς φαίνεται, ἕνα δὲ μόνον εἰπὼν λόγον τὸν περὶ τῆς ἀντιδόσεως. διατριβὴν δὲ συστησάμενος ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ γράφειν ἃ διανοηθείη ἐτράπετο, καὶ τόν τε πανηγυρικὸν λόγον καί τινας ἄλλους τῶν συμβουλευτικῶν οὓς μὲν αὐτὸς γράφων ἀνεγίνωσκεν, οὓς δ' ἑτέροις παρεσκεύαζεν, ἡγούμενος οὕτως ἐπὶ τὸ τὰ δέοντα φρονεῖν τοὺς Ἕλληνας προτρέψασθαι. διαμαρτάνων δὲ τῆς προαιρέσεως τούτων μὲν ἀπέστη, σχολῆς δ' ἡγεῖτο ὥς τινές φασι πρῶτον ἐπὶ Χίου, μαθητὰς ἔχων θ'· ὅτε καὶ ἰδὼν τὸν μισθὸν ἀριθμούμενον εἶπε δακρύσας ὡς „ἐπέγνων ἐμαυτὸν

[1]) Photius p. 486 b 11.

νῦν τούτοις πεπραμένον." [ὡμίλει δὲ τοῖς βουλομένοις, χωρίσας πρῶτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους τῶν πολιτικῶν, περὶ οὓς ἐσπούδασεν. καὶ ἀρχὰς δὲ καὶ περὶ τὴν Χίον κατέστησε καὶ τὴν αὐτὴν τῇ πατρίδι πολιτείαν. ἀργύριόν τε ὅσον οὐδεὶς σοφιστῶν εὐπόρησεν, ὡς καὶ τριηραρχῆσαι]. ἀκροαταὶ δ' αὐτοῦ ἐγένοντο εἰς ρ' ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, σὺν ᾧ καὶ πολλὰς πόλεις ἐπῆλθε, συντιθεὶς τὰς πρὸς Ἀθηναίους ὑπὸ Τιμοθέου πεμπομένας ἐπιστολάς, ὅθεν ἐδωρήσατο αὐτῷ τάλαντον [τῶν ἀπὸ Σάμου περιγενομένων]. ἐμαθήτευσε δ' αὐτῷ[1] καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος καὶ Ἔφορος ὁ Κυμαῖος[2] καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ τὰ τραγῳδούμενα συγγράψας καὶ Θεοδέκτης ὁ Φασηλίτης ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας [οὗ ἐστι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὸν Κυαμίτην πορευομένοις κατὰ τὴν ἱερὰν ὁδὸν τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα, τανῦν κατερηρειμμένον, ἔνθα καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν ποιητῶν ἀνέστησεν σὺν αὐτῷ, ὧν Ὅμηρος ὁ ποιητὴς σώζεται μόνος], Λεωδάμας τ' Ἀθηναῖος καὶ Λάκριτος * ὁ νομοθέτης Ἀθηναίοις, ὡς δέ τινές φασι καί Ὑπερείδης καὶ Ἰσαῖος. [3]καὶ Δημοσθένην δ' ἔτι ῥητορεύοντί φασι μετὰ σπουδῆς προσελθεῖν αὐτῷ καὶ χιλίας μὲν ἃς εἰσεπράττετο οὐκ ἔχειν φάναι παρασχεῖν, διακοσίας δὲ δώσειν ἐφ' ᾧ τε τὸ πέμπτον μέρος ἐκμαθεῖν, τὸν δ' ἀποκρίνασθαι ὡς „οὐ τεμαχίζομεν, ὦ Δημόσθενες, τὴν πραγματείαν, ὥσπερ δὲ τοὺς καλοὺς ἰχθῦς ὅλους πωλοῦμεν, οὕτω κἀγώ σοι, εἰ βούλοιο μαθητεύειν, ὁλόκληρον ἀποδώσομαι τὴν τέχνην." [4]ἐτελεύτα δ' ἐπὶ [Χαιρώνδου ἄρχοντος] ἀπαγγελθέντων τῶν περὶ Χαιρώνειαν [ἐν τῇ Ἱπποκράτους παλαίστρᾳ πυθόμενος], ἐξαγαγὼν αὑτὸν τοῦ βίου τέτρασιν ἡμέραις διὰ τοῦ σιτίων ἀποσχέσθαι, [προειπὼν τρεῖς ἀρχὰς δραμάτων Εὐριπίδου· Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ· Πέλοψ ὁ Ταντάλειος εἰς Πῖσαν μολών· Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος

1) Photius p. 486 b 36. 37 addit: καὶ Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου.

2) Photi ib. v. 38—40 desunt apud Pseudoplutarchum.

3) Photius, p. 487 a 4—10.

4) Photius p. 487 a 39. 40; b 1 sqq.

ἐκλιπών]· ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς ἢ ὥς τινες ἑκατὸν οὐχ ὑπομείνας τετράκις ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα καταδουλουμένην, [1]πρὸ ἐνιαυτοῦ ἢ ὥς τινες πρὸ τεσσάρων ἐτῶν τῆς τελευτῆς συγγράψας τὸν Παναθηναϊκόν. τὸν δὲ Πανηγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνέθηκεν, οἱ δὲ δεκαπέντε λέγουσιν, ὃν μετενηνοχέναι ἐκ τῶν Γοργίου τοῦ Λεοντίνου καὶ Λυσίου, τὸν δὲ περὶ τῆς ἀντιδόσεως δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονώς, τὸν δὲ πρὸς Φίλιππον ὀλίγῳ πρότερον τοῦ θανάτου. [ἐγένετο δ' αὐτῷ καὶ παῖς Ἀφαρεὺς πρεσβύτῃ ὄντι ἐκ Πλαθάνης τῆς Ἱππίου τοῦ ῥήτορος ποιητός, τῶν δὲ τῆς γυναικὸς τριῶν παίδων ὁ νεώτατος]. [2]εὐπόρησε δ' ἱκανῶς, οὐ μόνον ἀργύριον εἰσπράττων τοὺς γνωρίμους, ἀλλὰ καὶ παρὰ Νικοκλέους τοῦ Κυπρίων βασιλέως, ὃς ἦν υἱὸς Εὐαγόρου, εἴκοσι τάλαντα λαβὼν ὑπὲρ τοῦ πρὸς αὐτὸν γραφέντος λόγου. ἐφ' οἷς φθονηθεὶς τρὶς προεβλήθη τριηραρχεῖν· καὶ δὶς μὲν ἀσθένειαν σκηψάμενος διὰ τοῦ παιδὸς παρῃτήσατο, τὸ δὲ τρίτον ἀναστὰς ἀνήλωσεν οὐκ ὀλίγα. [3]πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα πατέρα, ὡς οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἀνδράποδον συνέπεμψε τῷ παιδίῳ „τοιγαροῦν" ἔφη „ἄπιθι, δύο γὰρ ἀνθ' ἑνὸς ἕξεις ἀνδράποδα." [ἠγωνίσατο δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ τεθέντα ὑπ' Ἀρτεμισίας ἀγῶνα, τὸ δ' ἐγκώμιον οὐ σώζεται. ἐποίησε δὲ καὶ εἰς Ἑλένην ἐγκώμιον καὶ Ἀρεοπαγιτικόν. ἐξελθεῖν δὲ τοῦ βίου οἱ μὲν ἐναταῖόν φασι σίτων ἀποσχόμενον, οἱ δὲ τεταρταῖον ἅμα ταῖς ταφαῖς τῶν ἐν Χαιρωνείᾳ πεσόντων]. [συνέγραψε δ' αὐτοῦ καὶ ὁ παῖς Ἀφαρεὺς λόγους]. ἐτάφη[4] δὲ μετὰ τῆς συγγενείας [πλησίον Κυνοσάργους ἐπὶ τοῦ λόφου ἐν ἀριστερᾷ αὐτός τε], καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ [Θεόδωρος] καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, [ταύτης τ'] ἀδελφή, [τηθὶς τοῦ ῥήτορος, Ἀνακώ, καὶ ὁ ποιητὸς υἱὸς Ἀφαρεὺς καὶ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Σωκράτης, μητρὸς Ἰσοκράτους ἀδελφῆς

[1]) v. 35—38, p. 487 a 11—17 ib.; desunt omnino apud Pseudopl. 17—35 quae sunt de Panegyrico.

[2]) Photius p. 487 b 3 sqq.

[3]) Photius p. 487 b 15 sqq.

[4]) Photius p. 488 a 1 sqq.

Ἀνακοῦς υἱὸς ὤν, ὅ τ' ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμώνυμος τοῦ πατρὸς Θεοδώρου καὶ οἱ υἱωνοὶ αὐτοῦ, τοῦ ποιηθέντος αὐτῷ παῖδες Ἀφαρέως, ἥ τε γυνὴ Πλαθάνη, μήτηρ δὲ τοῦ ποιητοῦ Ἀφαρέως. ἐπὶ μὲν οὖν τούτων τράπεζαι ἐπῆσαν ἕξ, αἳ νῦν οὐ σώζονται. αὐτῷ δ' Ἰσοκράτει ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐπῆν κιὼν τριάκοντα πηχῶν, ἐφ' οὗ σειρὴν πηχῶν ἑπτὰ συμβολικῶς, ὃς νῦν οὐ σώζεται. ἦν δὲ καὶ αὐτοῦ τράπεζα πλησίον ἔχουσα ποιητάς τε καὶ τοὺς διδασκάλους αὐτοῦ, ἐν οἷς καὶ Γοργίαν εἰς σφαῖραν ἀστρολογικὴν βλέποντα αὐτόν τε τὸν Ἰσοκράτην παρεστῶτα]. [1])ἀνάκειται δ' αὐτοῦ καὶ ἐν Ἐλευσινίῳ εἰκὼν χαλκῆ ἔμπροσθεν τοῦ προστῴου ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Κόνωνος καὶ ἐπιγέγραπται

Τιμόθεος φιλίας τε χάριν ξενίην τε προτιμῶν
Ἰσοκράτους εἰκῶ τήνδ' ἀνέθηκε θεαῖς.

[2])*Λεωχάρους ἔργον.*

[3])*φέρονται δ' αὐτοῦ λόγοι ἑξήκοντα, ὧν εἰσι γνήσιοι κατὰ μὲν Διονύσιον εἴκοσι πέντε, κατὰ δὲ Κεκίλιον εἴκοσι ὀκτώ, οἱ δ' ἄλλοι κατεψευσμένοι. [εἶχε δ' ἀλλοτρίως πρὸς ἐπίδειξιν, ὡς ἀφικομένων ποτὲ πρὸς αὐτὸν τριῶν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν τοὺς μὲν δύο κατασχεῖν, τὸν δὲ τρίτον ἀπολῦσαι φάμενος εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἥξειν, νῦν γὰρ αὐτῷ τὸ θέατρον εἶναι ἐν ἀκροατηρίῳ. εἰώθει δὲ καὶ πρὸς τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ λέγειν, ὡς αὐτὸς μὲν δέκα μνῶν διδάσκοι, τῷ δ' αὐτὸν διδάξαντι τόλμαν καὶ εὐφωνίαν δώσειν δεκακισχιλίας].* [4])*καὶ πρὸς τὸν ἐρόμενον, διὰ τί οὐκ ὢν αὐτὸς ἱκανὸς ἄλλους ποιεῖ, εἶπεν ὅτι καὶ αἱ ἀκόναι αὐταὶ μὲν τέμνειν οὐ δύνανται, τὸν δὲ σίδηρον τμητικὸν ποιοῦσιν.* [5])*εἰσὶ δ' οἳ καὶ τέχνας αὐτὸν λέγουσι συγγεγραφέναι, οἱ δ' οὐ μεθόδῳ, ἀλλ' ἀσκήσει χρήσασθαι. [πολίτην δ' οὐδέποτε εἰσέπραξε μισθόν. προσέταττε δὲ τοῖς*

---

[1]) Photius p. 488 a 2 sqq.
[2]) Photius p. 488 a 6 pro *Λεωχάρους Κλεοχάρους* praebet.
